This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

580.6
Leo

NT. Com 15-17
6888

580.6
Leo

Theological School
IN CAMBRIDGE.

The Gift of
COL. BENJAMIN LORING.

PAULI

EPISTOLA PRIMA

AD

TIMOTHEUM GRAECE.

CUM

COMMENTARIO PERPETUO

EDIDIT

M. GOTTLOB EDUARDUS LEO

DIOECESEOS WALDENBURGENSIS EPHORUS.

DIVINITY SCHOOL
LIBRARY
HARVARD UNIVERSITY

LIPSIAE
IN LIBRARIA CH. G. KAYSERI
(FRANC. BEYER.)
MDCCCXXXVII.

IMPRESSIT C. P. MELZER.

PRAEFATIO.

Quum omnis doctrina Christiana, omnis veritatis divinae scientia recta sacrarum literarum interpretatione ceu fundamento nitatur, haec vero interpretatio sine accurata linguarum veterum, graecae imprimis, scientia teneri nequeat, non possumus sane mirari, doctores ecclesiae nostrae sapientissimos ad linguarum studium et sermonibus et scriptis aequales suos gravissime cohortatos esse. Jam *Lutherus*, immortalis memoriae vir, ex linguarum ignorantia caecam superstitionem, placitorum familiae Christianae depravationem, multos errores gravissimos ortos esse, pro sua sapientia contendit et affirmavit [1]). Et tales hujus viri aliorumque voces et cohortationes non contemtas esse et praetermissas, historia ecclesiae nostrae imprimis serioris aevi satis docet. Quis enim

1) Vid. *Lutheri Opp.* T. XIX, p. 359. ed. Lips.

literarum historiae tam ignarus est, ut ei nomina *Erasmi Schmidii*, *Wolfii*, *Ernestii*, *Mori*, *Keilii*, *Wahlii*, *Wineri*, aliorumque, qui de codice sacro rectius interpretando egregie meriti sunt, ignota sint?

Quo vero diligentiores fuerunt in eruendo sensu divinorum oraculorum grammatico doctores ecclesiae imprimis in Saxonia, eo magis dolendum est, quod hac nostra aetate nonnulli sapientiae cujusdam recentioris non ornamentis sed lenociniis capti veterem illam disciplinam aversati sint, et interpretatione ingeniosa scilicet verba divinorum scriptorum magis obscurare, quam illustrare soleant [2]). Quoties talia hoc tempore monstra apparent, toties animo meo obversatur imago *Joh. Augusti Henr. Tittmanni*, qui, dum in literarum universitate Lipsiensi versabar, et mihi et reliquis auditoribus, ut grammaticam illam interpretationem studiose teneremus, non

---

2) „*Auf den magern Dogmatismus und die Alles verflachende negative Richtung, die früher neben einander herrschend waren, droht jetzt eine Auslegungsweise immer mehr in Gang zu kommen, die vor lauter Geist das Wort nicht mehr sieht, über dieses wegeilend nach jenem hascht, und vergessen zu haben scheint, dass, wer gegen den Buchstaben sündigt, diess auch gegen den Geist thut.*“ Haec sunt verba Censoris commentarii in epp. Pauli ad Thessal. et Galat. a b. *Schottio* editi in *Rheinwaldi Repertor.* Vol. XIII, p. 101.

semel sed saepius auctor suasorque fuit. Et in societate viri illius egregii exegetica, cui per septem annos interfui, quum juvenis jam hanc, quam hic publici juris feci, epistolam explicuissem, factum est, ut seriori etiam tempore illud ipsum epistolium inter reliquas Pauli epistolas in deliciis quasi haberem et quae viri docti de eo commentati sunt, diligenter perlustrarem. Horum studiorum fructus in hoc libello videtis, Lectores. Quamquam vero et recentiorum theologorum commentarios, et patrum ecclesiae in hanc epistolam observationes in hoc commentario adornando in auxilium vocavi, me tamen in magistrorum verba neutiquam jurasse, sententias theologorum de singulis hujus epistolae locis diligenter examinasse, et interdum etiam grammatices ope alium quam reliquos interpretes ex verbis Paulinis sensum eruisse, justi harum literarum arbitri hoc libello perlecto facile, ut spero, mihi dabunt.

Me etiam multum in defendenda authentia hujus epistolae jam ante hos triginta annos a b. *Schleiermachero* in dubium vocata versatum esse, quaevis fere pagina testatur. Non is ego sum, qui sibi persuadeat, litem, quae de auctoritate hujus epistolae inter theologos orta est, meo hoc libello edito compositam esse. Fortassis tamen alii hoc opusculo, ut eandem viam ingrediantur et grammatices ope *Schleiermacheri* sententiam refutare pergant, incitantur.

In prolegomenis vitam Timothei breviter narravi, argumenta, quae a *Schleiermachero* contra epistolae authentiam allata sunt, uberius exposui, commentarios denique, quos viri docti in hanc epistolam scripserunt, enumeravi.

Excursus continent prolixiorem de duobus locis difficilioribus 1 Tim. III, 16. et V, 3—16. expositionem.

Scribebam Waldenburgi d. XV. a. Calendas Novembres A. C. MDCCCXXXVII.

PROLEGOMENA.

Timotheus, patre ethnico matre Judaea [1]) natus, Derben, Lycaoniae urbem, patriam habuisse videtur. [2]) Quum jam a pueritia in scriptura sacra bene edoctus [3]) et seriori tempore aliquam etiam disciplinae Christianae notitiam nactus esset [4]), Paulus, postquam in itinere aliquo Lystram, Lycaoniae urbem, suscepto praeclarum de eo testimonium audiverat (Actt. XVI, 2.), circumcisum et in evangelii doctrina accuratius institutum praesentibus ecclesiae presbyteris [5]) ad munus doctoris inauguravit, et ita ad familiari-

1) Vid. Actt. XVI, 1. Nomen matris erat Eunice, ut videmus ex 2 Timoth. I, 5. „ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι καὶ τῇ μητρί σου Εὐνίκῃ.“ Patrem Timothei, cujus nomen prorsus ignoramus, fuisse ethnicum, ex Actt. l. l. recte concluditur.

2) Timotheum Derbensem fuisse, recentiores Intpp. probare studuerunt ex Actt. XX, 4., ubi haec leguntur verba: „Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Βεροιαῖος· Θεσσαλονικέων δὲ Ἀρίσταρχος καὶ Σεκοῦνδος, καὶ Γάϊος Δερβαῖος καὶ Τιμόθεος.“ Ita nimirum vulgo haec Lucae verba interpunguntur. Non inepte vero *Valckenarius* in *Opusc.* Vol. II, p. 308. et *J. A. Ernesti* in libro: *Anmerkk. üb. d. Bücher des N. T.* posito commate post nomen Caji legendum censuerunt Δερβαῖος δὲ Τιμόθεος. Cajus enim, qui hic commemoratur, ab ipso Luca Actt. XIX, 29. vocatur Macedo. — Actt. XVI, 1. sunt quidem verba: „κατήντησεν εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν· καὶ ἰδοὺ μαθητής τις ἦν ἐκεῖ, ὀνόματι Τιμόθεος.“ Ex hoc tamen loco tantum colligi potest, Timotheum tunc temporis Derbae sive Lystrae versatum esse, neutiquam vero, eum natum esse in alterutra urbe. Vid. *Meydenreich.*: *Die Pastoralbriefe Pauli.* T. I, p. 20.

3) Vid. 2 Timoth. III, 15.

4) Hoc inest in nomine μαθητὴς, quo insignitur Timotheus Actt. XVI, 1.

5) Cf. 1 Timoth. IV, 14. et VI, 13. Paulum ipsum Timotheo manus imposuisse discimus ex 2 Timoth. III, 14.

tatem ejus sese applicuit, ut eum comitem adeo in itineribus faciundis sibi assumeret. Quibus de itineribus a Timotheo una cum Paulo apostolo susceptis pauca tantum, quae Lucas in commentariis de rebus ab apostolis gestis enarravit, memoriae prodita sunt.

Quum Paulus una cum Timotheo et Silvano Lycaoniae urbes et illas Asiae terras, quae Phrygiae et Galatiae nomine vocantur, permigrasset, somnio admonitus in Macedoniam se contulit, quo in regno et Philippis et Thessalonicae [6]) et Beroeae non sine periculis et calamitatibus evangelium praedicavit. Quum vero Judaei Beroeae etiam populum contra Paulum concitassent, auxiliantibus amicis Christianis per fugam ex Beroea urbe evasit, salvusque Athenas [7]) pervenit apostolus. Timotheus et Silvanus remanserant quidem Beroeae, Paulus vero per viros Christianos, qui ipsum Athenas usque comitati erant, iis mandari jussit, ut quam celerrime Athenas venirent. Cui quidem mandato obsequium etiam praestitisse videtur [8]) Timotheus, ita ut Athenis ad Thessalonicenses, de quorum conditione et in fide perseverantia certior fieri volebat Paulus,

6) Utrum Timotheus etiam Thessalonicam cum Paulo profectus sit, nec ne, de hoc sane a viris doctis disceptatur. Vid. *Koppe Prolegg. in epp. ad Thessalonic.* p. 132. In iis nempe, quae Lucas Actt. c. XVI. de calamitatibus a Judaeis Thessalonicensibus Paulo illatis narrat, commemoratur quidem Silvanus, nulla vero mentio fit Timothei. *Koppius* l. l. propterea etiam Timotheum cum Paulo in hoc itinere Thessalonicae fuisse negavit et pernegavit, quod 1 Thessal. III, 1. commendetur Thessalonicensibus Timothei virtus et indoles, qua commendatione ex *Koppii* opinione supersedere potuisset Paulus, si antea jam Thessalonicae commoratus et hujus urbis incolis cognitus fuisset Timotheus. Sed hoc argumentum nullius esse momenti, quilibet, qui verba Paulina accuratius inspexerit, facile nobis dabit. Nam Thessalonicensibus proponitur Timotheus ab apostolo tantum tanquam ἀδελφὸς καὶ συνεργὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Nonne ita recte vocari potuit coram hominibus, quibus antea jam cognitus fuerat? Bene etiam refutata est haec *Koppii* sententia a *Wegscheidero* in Commentario in nostram hanc epistolam p. 3.

7) Vid. Actt. XVII, 14. sqq.

8) Certa et expedita res non est. Non enim narratur a Luca in Actis, Paulum revera Athenas venisse.

mitti posset. Thessalonica vero ad apostolum, qui interea Athenis Corinthum profectus erat, reversus, optima quaevis de constantia et fide et amore ecclesiae Thessalonicensis ei narravit [9]).

Hucusque semper in itineribus conspeximus fidum apostoli comitem ab eo inde tempore, quo in ejus consuetudinem venerat; Corinthi vero non solum per omne illud tempus, quo Paulus in hac urbe versabatur, commoratus est, sed serius etiam, postquam apostolus novum iter in Asiam minorem susceperat, Corinthi remansit, ita, ut Ephesi demum reviseret Paulum. Ibi quum turbas ortas esse in ecclesia Corinthiaca comperisset apostolus, iterum in Achajae illam metropolin ablegavit Timotheum, ut ad pacem et concordiam revocaret Christianos [10]). Contulit se quidem Timotheus, quum Corinthi mandata apostoli exsecutus esset, Ephesum, sed Paulus interea jam in Macedoniam redierat [11]). E Macedonia in Graeciam reversus Timotheum iterum inter comites suos habuisse videtur Paulus. Certe hoc facile colligitur ex Rom. XVI, 21. Et postea etiam quum apostolus per Macedoniam in Asiam minorem se contulisset, iterum socius apostoli in itinere fuisse traditur Timotheus, qui tamen, Paulo in Palaestinam proficiscente, Ephesi remansit. Jam quum nuntius allatus esset Timotheo, Paulum a Festo procuratore Romam missum esse, nova intravit animum ejus cum apostolo conveniendi cupiditas, eumque re vera Romam commigrasse ex Col. I, 1. Philem. v. 1. Philipp. I, 1. satis apparet. Ex carcere tamen liberatus [12]) Paulus primum Ephesum, qua in urbe diutius esse commoratus vi-

9) 1 Thessall. III, 6. „Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς."

10) 1 Cor. IV, 7. XVI, 10.

11) Vid. *Heydenreich.* l. l. pag. 24—26.

12) Anno post Chr. n. 62. s. 63.

detur [13]), et deinde in Macedoniam [14]) et Graeciam profectus est, et in hoc itinere Timotheum non solum ecclesiae Ephesiae episcopum constitutum esse ab apostolo, sed etiam ad eum primam epistolam a Paulo perscriptam esse, satis probabile est [15]). Alterum denique iter Paulum in Italiam suscepisse, Romae (anno 66. p. Chr. n.) in vincula conjectum et anno sequenti morte cruenta veritatem evangelii testatum esse, clare docet Dionysius apud Eusebium H. E. II, 25. [16]).

13) „*Paulus hatte seinen Vorsatz, nach Kleinasien zu reisen, ausgeführt, und er fand daselbst solche aus dem Einflusse einer unevangelischen Richtung herrührende Zerrüttungen der Gemeinden, dass er es um so mehr für nothwendig hielt, in diesen Gegenden länger zu verweilen.*“ *Neander* Gesch. der Pflanzung und Leitung der christl. Kirche durch d. Apostel p. 274.

14) „*Ephesus verliess er aus uns unbekannten Gründen, um die Gemeinden Macedoniens zu besuchen, und dann bald wieder dahin zurückzukehren, und er liess unterdessen den Timotheus hier zurück.*“ *Neander* l. l. p. 274.

15) Vid. *Heydenreich.* l. l. p. 36. „*Diese Annahme weicht mancher Schwierigkeit aus, von der die andern Hypothesen gedrückt werden, und selbst die Unterschrift des Briefs: Πρὸς Τιμόθεον πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Παπατιανῆς, scheint sie zu bestätigen. Vor seiner ersten römischen Gefangenschaft war nämlich Paulus noch nicht in Laodicea gewesen,* Col. II, 1.; *machte er aber die vorausgesetzte Reise nach seiner Befreiung wirklich, woran sich kaum zweifeln lässt, so konnte er auf derselben sehr leicht nach Laodicea kommen, und von da an Timotheus schreiben. Zwar ist die Unterschrift bekanntlich nicht genuin, und spätern Ursprungs, weil der hier vorkommende Name: Φρυγία ἡ Παπατιανὴ zu Pauli Zeiten noch nicht üblich war, sondern erst unter Constantin Phrygien in Phrygiam Pacatianam et Salutarem abgetheilt wurde. Indess könnte dessenegen doch die Angabe in der Unterschrift richtig sein, und durch Tradition sich erhalten haben, ob wir uns gleich nicht auf sie berufen wollen.*“ Singularem librum de tempore, quo epistolae ad Timotheum et Titum exaratae sint, debemus *Boehlio* (*Ueber die Zeit der Abfassung der Pastoral-Briefe.* Berlin 1829.). Cf. *Scheibel* in additamentis ad librum *Koeppenii: Die Bibel ein Werk der göttlichen Weisheit* T. II, p. 560.

16) Verba Dionysii haec sunt: *Καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες ἡμᾶς, ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν.* Non debebat vero ex h. l. concludere *Heydenreichius* l. l. p. 28., Paulum cum Petro Corinthi convenisse et in ejus societate Romam profectum esse. Ut ita statueret, inductus est procul dubio *Heydenreichius* conjectura *Valesii* qui in illo loco praeeunte Georgio

Idem Eusebius [17]) *Τιμόθεον τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας πρῶτον τὴν ἐπισκοπὴν εἰληχέναι* narrat, et cum hoc Eusebii testimonio conveniunt, quae Constitutiones Apostolicae [18]), Johannes Chrysostomus [19]), Acta concilii Chalcedonensis [20]), et Photius [21]) de Timotheo episcopo habent. Jam quum esset episcoporum in primitiva ecclesia, curam agere singulorum, saluti communi quovis modo prospicere, et quae ad cultum divinum pertinebant recte componere et moderari [22]), sine dubio etiam Timotheus ecclesiae episcopus recte habetur. Nonne enim ipse Paulus in hac priori epistola hanc ei demandavit provinciam, ut doctrinam puram ab humanis opinionibus servaret (I, 3. VI, 3.), Christianis cultum et habitum decentem suaderet (II, 1. 8.), privatae publicaeque institutioni operam navaret (IV, 13.), in eligendis doctoribus vitae castitatem morumque integritatem spectaret (III, 1. 8.), denique ad res domesticas Christianorum et ad servorum adeo agendi rationem animadverteret (VI, 1.)? Hoc certo affirmari debet: Si epistolae ad Timotheum genuinae sunt, tunc ille etiam episcopus ecclesiae Ephesiae fuit, illo nimirum sensu, quo *ἐπισκόπου* nomen in primaeva ecclesia in usu fuit.

Quid vero, si certe prior epistola ad Timotheum ab alio profecta est auctore? Et fuerunt sane theologi ecclesiae evangelicae, qui Paulum apostolum calamo excipiendam

Syncello pro *φωτεύσαντες* legi vult *φοιτήσαντες*. Sed recte jam rejecta est haec conjectura a Cl. *Heinichenio*, recentissimo Eusebii editore.

17) H. E. III, 4. T. I, p. 192. *Heinich.*

18) Lib. VII, c. 46. p. 387.

19) Homil. XV, in 1 Tim.: *Δῆλον, ὅτι ἐκκλησίαν λοιπὸν ἦν πεπιστευμένος ὁ Τιμόθεος, ἢ καὶ ἔθνος ὁλόκληρον τὸ τῆς Ἀσίας.*

20) In *Harduini Conciliis* T. II, p. 558.

21) Bibliotheca Cod. 254. p. 1404.: *ὁ ἀπόστολος Τιμόθεος ὑπὸ τοῦ μεγάλου Παύλου καὶ χειροτονεῖται τῆς Ἐφεσίων μητροπόλεως ἐπίσκοπος, καὶ ἐνθρονίζεται.* Quam parum auctoritatis hoc Photii testimonium habeat, docuit jam *Moshemius*: *Erklärung der beiden Briefe an den Timoth.* p. 59.

22) Vid. *Kuinoel.* ad Actt. XX, 28.

tradidisse hanc epistolam hac nostra aetate dubitarent. Agmen eorum ducit *Schleiermacherus* [23]), qui in epistola critica ad Gassium amicum data epistolae authentiam in dubium vocavit [24]). Quo quidem in libello *Schleiermacherum* egregium sui acuminis suaeque doctrinae plane eximiae edidisse documentum [25]), quamquam omnes, qui de his rebus judicium ferre possunt, facile largiantur, fieri ta-

23) Ante *Schleiermacherum* jam *Schmidtius*, Professor Gissensis, hanc epistolam genuinis N. T. libris annumerare subdubitaverat.

24) Habet haec epistola critica hanc epigraphen: *„Ueber den sogenannten ersten Brief des Paulos an den Timotheos, ein kritisches Sendschreiben an J. C. Gass von F. Schleiermacher.* Berlin 1807.

25) Testis est *Lücke* in *Erinnerungen an F. Schleiermacher* (*Theologische Studien und Kritiken.* Jahrgang 1834. Fasc. IV. p. 765.: *„Man kann das Werk ansehen als die erste Verpflanzung der genialen Kritik, welche Meister wie Bentley auf dem klassischen Gebiete geübt hatten, auf das Gebiet der neutestamentlichen Literatur. — — Wie bei ihm der Verdacht entstanden war durch ein zusammenhängendes Studium der paul. Briefe und durch ein tiefeindringendes Hineinleben in die ganze Art und Weise des Paulus, so führte er auch den Beweis gegen die Aechtheit des Briefs aus innern Zweifelsgründen. — Die Kritik ist so scharfsinnig, die Darstellung so lebendig heiter, so hinreissend, dass wer sich dem ersten Eindrucke nur einigermaassen sorglos hingibt, fast unwillkührlich beistimmt. Wenn man sich besinnt und das Einzelne genauer prüft, so erkennt man freilich wohl die Schwäche einzelner Beweispunkte, die Gewagtheit einzelner Behauptungen; — — — aber, wiewohl es dem jüngern Planck und einigen Anderen gelungen ist, gegen die Schleiermachersche Kritik vieles zur Vertheidigung des Briefs aufzubringen, so ist doch nicht alles Störende hinweggeräumt. — — Wie man auch über das Recht und Resultat der Schleiermacherschen Kritik urtheilen mag, — ein genialeres, auch in der Form ausgezeichneteres Produkt der neutestamentl. Kritik haben wir nicht aufzuweisen. Ich habe klassische Philologen uns darum beneiden hören etc.“* Post *Schleiermacherum* non solum hujus prioris ad Tim. ep. genuinam originem, sed omnino authentiam illarum epistolarum, quas pastorales vocat theologorum consuetudo, impugnarunt *Eichhornius* (*Introd. in N. T.* Vol. III.) et *de Wettius* (*Introd. historica critica in libros N. T. canonicos* p. 283. sqq.). — Improbavit tamen talia conamina ipse *Schleiermacherus*. *„Als späterhin Eichhorn alle drei Pastoralbriefe als unecht verwarf,* inquit *Lueckius* l. l. p. 766., *erinnere ich mich von Schleiermacher gehört zu haben, dass ihm diess über die Grenze zu gehen scheine, und dass, wer die beiden andern Pastoralbriefe verwerfe, dadurch das Recht und den Boden für die Kritik des ersten aufgebe.*

men non potuit, quin viri docti, *Schleiermacherum* argumenta speciosa magis quam vera contra auctoritatem hujus epistolae authenticam in medium protulisse animadvertentes, ejus sententiam omnibus viribus impugnarent [26]).

Et quamquam nos in hoc commentario conscribendo hanc semper secuti sumus regulam, ut nullum fere vocabulum, nullum locum, ad quem offenderit *Schleiermacherus*, intactum relinqueremus et argumenta a viro beato in medium prolata accurate perpenderemus eaque labefactare conaremur, operae tamen pretium erit, nunc jam ea viri illius egregii argumenta qualicunque nostro judicio simul interposito enumerare, ex quibus seriori aevo hanc epistolam accensendam esse opinatus est.

Jam vero quum homines artem criticam exercentes ante omnia conquirere soleant testimonia illorum scriptorum, qui aetatem illius libri, de cujus authentia agatur, proxime attingant, et ipsi etiam hujus prioris ad Timotheum epistolae editores atque interpretes ad firmandam ejus auctoritatem duos locos Polycarpi, in quibus tria hujus epistolae Paulinae commata in usum suum verterit ille ecclesiae Smyrnensis episcopus [27]), excitassent, nihil prius agendum duxit *Schleiermacherus*, quam ut diligenter illa Polycarpi

26) Inter viros illos doctos, qui Paulo hanc epistolam contra *Schleiermacherum* adstruere conati sunt, palmam sane tulisse videtur *Henricus Planckius*, Theophili Jacobi filius. Scripsit enim hic V. D. librum egregium, qui habet titulum: „*Bemerkungen über den ersten Paulinischen Brief an den Timotheus.*“ Prodiit hic liber Gottingae anno hujus sec. octavo. Cf. etiam *Friderici Lueckii* librum: „*Dr. Gottlieb Jacob Planck. Ein biograph. Versuch. Nebst einer biograph. Mittheilung über Dr. Heinrich Ludwig Planck.* p. 159. Lectu etiam digna sunt, quae contra *Schleiermacherum* et *Eichhornium* monuerunt et *Bertholdtius* in sua *Introduct. in V. et N. T.* Tom. VI, p. 3502—3603. (coll. ejusdem *Ephemerid. crit.* Tom. VIII.), et Censor Introductionis in N. T. ab *Eichhornio* exaratae in *Bengelii* „*Archiv f. d. Theologie.*“ Tom. I, Fasc. II, p. 345. seqq. Neque silentio possum praeterire librum a *Beckhausio* conscriptum: „*Specimen Obss. crit. exeget. de vocabulis ἅπαξ λεγομένοις in 1. ad Timotheum ep. Paulina obviis, authentiae ejus nihil detrahentibus.* Lingae MDCCCX.

27) Cf. Ep. ad Philipp. IV, 1. 2. V, 3. V, 4. 5.

verba cum verbis hujus epistolae ad Timotheum datae compararet [28]). Leguntur nimirum in nostrae epistolae cap. VI, v. 10. verba: ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, et Polycarpus eodem fere modo [29]), ἀρχὴ, inquit, πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία, et commate sequenti idem pater apostolicus dicit: εἰδότες οὖν, ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι ἔχομεν, quae sententia totidem fere verbis versu septimo Capitis VI. nostrae epistolae reperitur. Et paulo post [30]) Polycarpus diaconis praecepit, ne essent διάβολοι, δίγλωσσοι, sed potius ἀφιλάργυροι, ἐγκρατεῖς περὶ πάντα, εὔσπλαγχνοι, ἐπιμελεῖς, quod sane praeceptum, quamquam non iisdem plane verbis, epistolae ad Timotheum auctorem [31]) inculcasse ecclesiae ministris, notum est. Non inepte tamen monuit *Schleiermacherus*, ejusmodi praeceptum, ejusmodi sententias enuntiare potuisse Polycarpum, etiamsi antea nunquam vidisset hanc ad Timotheum epistolam. Et profecto, quod alii monuerunt VV. DD., illud de avaritia effatum similibus certe verbis apud ethnicos adeo reperitur scriptores, ut apud Bionem, Virgilium, Horatium, Ovidium atque Propertium. Polycarpum nostram hanc ep. non ante oculos habuisse *Schleiermachero* inde etiam probabile est, quod ille in eadem epistola ad Philippenses Cap. V., ubi, quomodo viduas in ecclesia degere oporteret, praescripserit, non provocaverit ad hanc ep. ad Timotheum scriptam, quae tamen sola in N. T. de viduarum officiis praecepta contineret. At profecto huic Polycarpi silentio nimium tribuisse videtur *Schleiermacherus*. Et quamvis etiam ex Polycarpi illa epistola certum pro hujus ep. Paulinae auctoritate canonica testimonium repeti omnino non posse negari nequit, satis tamen ejus authentiam firmari totius fere veteris ecclesiae testimoniis [32]) omnes, qui non

28) *Krit. Sendschr.* pag. 16. sqq.
29) ad Philipp. IV, 1.
30) ad Philipp. cap. V, 4. 5.
31) 1 Tim. III, 8. coll. 2 Tim. II, 11. 12.
32) Vid. *Wegscheider.* l. l. p. 11. seq. *Heydenreich.* l. l. p. 12.

extremis tantum labris historiam ecclesiasticam attigerunt, facile nobis largientur. Deest quidem prior ad Tim. ep. etiam e canone Marcionis [33]); at hoc profecto nemo mirabitur, qui Marcioni hanc epistolam ob plura effata ipsius opinionibus prorsus opposita placere non potuisse perpenderit.

Sunt vero interna imprimis argumenta, quae b. *Schleiermacherum*, ut genuinam hujus epistolae, quam nunc in lucem emisimus, originem in dubium vocaret, impulerunt. Et primum quidem vir b. se permulta vocabula alias in N. T. vel omnino non obvia, vel alio prorsus sensu usurpata, quae vocabula ἅπαξ λεγόμενα Grammatici vocant, observasse contendit, eorumque exempla inde a pagina 29. libri saepius laudati enarrat. Jam vero quum in illis locis, quibus vocabula nostrae tantum epistolae propria occurrunt, diligenter in eorum potestatem inquirendi periculum fecerimus, hoc unum nunc monuisse sufficiat, vocabula ista ἅπαξ λεγόμενα hac in epistola obvia nemini mirationem facere posse, qui argumentum hujus epistolae aliud, quam in reliquis epistolis Paulinis, esse cogitaverit. Scripsit P. hanc epistolam non ad coetum Christianorum, sed ad virum sibi admodum familiarem; exposuit in ea de rebus, quarum in reliquis epistolis mentionem non fecerat; hinc illa vocabulorum diversitas. Oratio vero ipsa, verborum conjunctio, nequaquam diversa est a loquendi ratione Paulina. Et non probavit *Schleiermacherus*, neque etiam probare potuit, in hac

33) Vid. *Schleiermach.* l. l. p. 16. et *Wegscheiderus* l. l. p. 12. *„Man kann diesen Umstand sehr natürlich daher leiten, dass alle drei Briefe in der Gegend, wo sich Marcion aufhielt und sein Apostolikon sammelte, oder gesammelt vorfand, nicht in Umlauf gekommen waren. Uebrigens würde auch eine Verwerfung des Briefs von häretischen Partheien um so weniger Gewicht haben, je mehr man es durch die ganze Kirchengeschichte bestätiget findet, dass jene sich nicht sowohl von kritischen und historischen, als vielmehr von dogmatischen Gründen bei der Annahme oder Verwerfung ihrer Religionsurkunden leiten liessen.* — Quod tamen absunt epistolae P. ad Timotheum et Titum a canone Marcionis, ei multum nuperrime etiam tribuit *Baur* (vid. *Ephemerid. eccles. evang.* 1836. No. 81. et 82. p. 649.), qui has epistolas seculo demum secundo exaratas et contra Marcionem imprimis scriptas opinatur.

epistola reperiri vocabulum aliquod sive formulam, sive verborum structuram, a tempore illo, quo P. scribebat, alienam [34]).

Schleiermachero tamen non satis fuit contendisse, epistolam priorem ad Timotheum non a Paulo profectam esse, sed eo adeo progressus est, ut eam epistolam ex epistola Pauli ad Titum et ex altera epistola ad Timotheum a nequissimo plagiario, qui ne intellexisset quidem satis Pauli sententias, esse conflatam, ostendere conaretur [35]). Attentis tamen harum epistolarum lectoribus non persuadere potuit *Schleiermacherus*, ex altera epistola ad Timotheum multa in hanc nostram epistolam manasse, et ipse perpauca tantum enumeravit vocabula, perpaucas sententias [36]), quae eodem modo in secunda illa epistola leguntur. Quod vero ad similitudinem illam, quae inter hanc epistolam P. ad Timotheum datam et inter epistolam illam ad Titum perscriptam attinet, quamquam utramque epistolam uno eodemque tempore ab apostolo exaratam esse probari nequit [37]), facile tamen illam verborum similitudinem ex similitudine argumenti utriusque epistolae explicari posse opinor [38]). Quum in insula Creta non minus quam Ephesi viri doctrinas a veritate evangelii alienas propagantes exstitissent, quid mirum, quod apostolus et Tito et Timotheo, quomodo inter ejusmodi ἑτεροδιδασκάλους se gerere deberent, praecoperit? Deinde utrumque virum, in diversis ecclesiis, uno eodemque munere atque officio functum esse, bene conside-

34) *Planck.* l. l. p. 17. „*Schleiermacher hat kein einziges Wort nachgewiesen, welches erweislich dem Paulinischen Zeitalter fremd gewesen, keinen einzigen Redegebrauch ausgezeichnet, dessen Form sowohl als zu Grunde liegender Begriff einer spätern Zeit angehörte.*

35) Vid. *Sendschr.* p. 76. sqq.

36) Vid. *Planck.* l. l. p. 76. et *Wegscheider.* l. l. p. 21.

37) Ita rem enucleare studuit *Planckius* l. l. p. 55. Cf. *Wegscheider.* l. l. p. 17.

38) *Wegscheider.* l. l. p. 18. „*Eine Hauptursache der Verwandtschaft beider Briefe wird immer in der Aehnlichkeit der beiden Personen, an welche sie gerichtet sind, so wie in der Aehnlichkeit der individuellen Verhältnisse derselben und der Bedürfnisse der Gemeinden, bei welchen sie sich befanden, zu suchen sein.*“

remus necesse est. Et Timotheus et Titus ecclesiarum suarum episcopi erant [39]). Hinc in utraque epistola illa praeceptorum similitudo, illa exhortationum aequalitas! Habet tamen utraque simul epistola, quo differat. Sic solummodo in hac ad Timotheum epistola Paulus, quomodo feminae in publicis Christianorum coetibus se gerere debeant, quibus viduis presbyterissarum officia demandanda, et quae viduae publice sustentandae sint, exposuit [40]).

Tertium argumentum a *Schleiermachero* [41]) contra epistolae authentiam in medium prolatum est historicum. Non enim convenire inquit temporum et loci rationes. Exempla ei sunt Hymenaeus et Alexander (Cap. I, v. 20.), com-

39) Euseb. H. E. III, 4. T. I. p. 192. *Hein.* „*Τιμόθεός γε μὴν τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας ἱστορεῖται πρῶτος τὴν ἐπισκοπὴν εἰληχέναι, ὡς καὶ Τίτος τῶν ἐπὶ Κρήτης ἐκκλησιῶν.*“ Per breve tamen tempus Titus in insula Creta illo munere functus esse videtur.

40) *Planck.* l. l. p. 56. „*Hier wie dort fand es Paulus für nöthig, seinen beiden Freunden ein weises Betragen gegen die Irrlehrer zu empfehlen, und wenn diese Warnungen vor den Judaisirenden in dem Briefe an den Titus eben so, wie in dem unsrigen, nur im Allgemeinen stehen bleiben, ohne besondere Nachweisungen über die Art, wie sie in Creta besonders zu Werke gingen: so darf man wohl dieselbe Folgerung daraus ziehen, dass P. von solchen Irrlehrern auch in der Cretensischen Gemeine mehr befürchtete als bestimmt von ihnen wusste. Hier wie dort finden sich väterliche Ermahnungen, die anvertraute Lehre rein und unverfälscht zu bewahren, und das aufgetragene Lehramt würdig zu verwalten, wie sie nur von unserm Apostel kommen konnten. — — — Hier wie dort verbreitet sich der Briefsteller über die Eigenschaften christl. Aeltesten und Lehrer; bei Titus, um ihm bei der Ausführung des aufgetragenen Geschäfts, christliche Aelteste in den verschiedenen Gemeinen anzusetzen, einen leitenden Maasstab seiner Wahl an die Hand zu geben; bei Timotheus, um diesem selbst das Vorbild aufzustellen, nach dem er sich zu bilden, und den unter ihm stehenden Presbytern und Diaconen ein Musterbild ächt christlicher Amtsführung mitzutheilen. Hier endlich, wie dort, stösst man auf manche specielle Vorschriften und Verhaltungsregeln über Gegenstände, die ihrer Natur nach für alle Gemeinen verbindlich waren, wie über den Gehorsam gegen die Obrigkeit, über das Betragen der verschiedenen Classen und Stände in der Gemeine, über die jedem Stande zukommenden Pflichten, und über einige andere Gegenstände, die gleichfalls in das Gebiet der populären Sittenlehre gehören. Nur da, wo es die individuelle Lage einer jeden Kirche und ihres Vorstehers mit sich brachte, trifft man auf Verschiedenheit in dem Inhalte beider Sendschreiben.*“

41) *Sendschr.* p. 105.

memoratio illius itineris ab apostolo in Macedoniam suscepti (Cap. I, v. 3.), et quae in hac epistola de *προσβυτερίῳ* (Cap. IV, v. 14.), de fidei formula, in qua jam Pontii Pilati nomen occurrat, leguntur. Quum tamen jam de singulis illis locis, ad quos offendit *Schleiermacherus*, commentantes, sententias ejus refellere conati essemus, longius de iis hic disputare non opus habuimus[42]).

Porro *Schleiermacherus* huic epistolae eas proprietates, quae et epistolis in universum, et imprimis Paulinis epistolis conveniant, deesse contendit, affirmans simul, neque e genere *διδακτικῷ* esse hanc epistolam, neque sermonem familiarem, qualis decuerit Paulum ad Timotheum scribentem, in ea reperiri[43]). Non negamus quidem, virum beatum in hac re docenda non sine acumine atque doctrina versatum esse; attamen rationes ejus meam de authentia hujus epistolae persuasionem non labefactarunt. Imo quo saepius epistolam perlegimus, eo magis intelleximus, utrumque impetrasse ea conscribenda apostolum, et ut admoneret, edoceret, adhortaretur Timotheum, et ut ei voluntatem suam suumque amorem testificaretur. Est sane epistola e genere didactico, sed videmus simul amicum ad amicum scribentem. Et quis, quaeso, praeter Paulum scribere potuit, quae Cap. I. inde a versu 12. leguntur de gratia divina, quae apostolum post varios errores munere gravissimo

42) Cf. *Planck.* l. l. pag. 89. sqq. *Wegscheider.* l. l. pag. 21. sq.

43) *Sendschr.* p. 128 sqq. „*Zu welchen von beiden Arten* inquit p. 139., *wollen Sie nun unsern Brief rechnen, und was finden Sie für jede darin? Er geberdet* (?) *sich freilich wie ein Geschäftsbrief; aber er springt so sehr von einem aufs andere, und geht besonders in Absicht auf das, was er ankündigt, so wenig in den besondern Zustand der Ephesischen Gemeinde hinein, dass man schwer sagen kann, was wohl Paulos eigentlich zu bestellen hatte, sondern lieber behaupten möchte, der Verf. sei von keinen wirklich lokalen, ihm bekannten Angelegenheiten ausgegangen bei seinen Aufträgen. Und doch leuchtet bei aller Mannigfaltigkeit wiederum so wenig durch von dem engen freundschaftlichen Verhältniss zwischen Paulos und Timotheos und wiederum so durchaus nur das allgemeinste, dass man sagen möchte, es könne dieser Brief gar nicht aus einer solchen Verbindung wirklich hervorgegangen sein.*“ Cf. *Planck.* l. l. p. 116. sqq.

dignum habuerit? Num in tota epistola vel unum effatum reperitur, quod a doctrina apostoli in reliquis ejus epistolis obvia abhorreat? Nonne interdum res maxime speciales ex vita Timothei commemorantur? Nonne, quo magis ad finem vergit epistola, eo gravior et altior adeo existit oratio, ita ut ex ea voluntas apostoli in Timotheum facile elucescat?

Denique per totam epistolam nexum idoneum desideravit *Schleiermacherus*. Quamquam vero negari nequit, non semper in aprico statim esse, quomodo Paulus unam sententiam, unum praeceptum alteri annexuerit, singula tamen praecepta atque effata non consarcinata atque corrasa esse, quivis quo accuratius singula capita perlegerit eo melius intelliget. Modo in auxilium vocassent *Schleiermacherus* et qui post eum de nexu epistolae paulo turbatiori conquesti sunt, *Calvinum*, qui pro sua sagacitate atque doctrina plane incomparabili plerumque recte et apte indicavit, quomodo una sententia, unum comma cum altero cohaereat. Et nos ipsi in scribendo commentario hoc semper egimus, ut, ubi opus erat, sermonis Paulini nexum accurate indagaremus et ostenderemus.

Restat nunc, ut etiam de hujus epistolae *interpretibus veteribus atque recentioribus* agamus.

Inter Patres ecclesiae, qui graeco sermone in hanc Pauli epistolam commentati sunt, eminet sine dubio *Johannes Chrysostomus* [44]), ecclesiae Byzantinae episcopus [45]). Quamquam enim in enarrandis scripturae sacrae libris non solum grammatici, sed rhetoris imprimis etiam personam egit, ita

44) Homiliae in 1. ad Timoth. ep. continentur Tom. XI. Opp. p. 551. sqq. ed. *Benedict.*

45) „*In epistolas quidem Pauli nil melius aut par tota antiquitas habet, et quicunque de Graecis post in has epistolas scripsere, ex Chrysostomo pendent.*“ Verba *Ernestii* in *Institutione Interpretis N. T.* II, 9. p. 187. Cf. *Erasmus Epist.* XXVIII, 4. *Cave* in *Hist. Eccles.* P. I., Saec. IV. p. 196. *Morus* in *Acroas. sup. hermen. N. T.* p. 239. sqq. *Rosenmüllerus in Hist. interpret.* III, p. 265. sqq.

tamen versatus est, ut lectio homiliarum ejus cuivis, qui verum et nativum sensum sacri Codicis scriptorum eruere velit, non satis commendari possit[46]). Quae laus si omnibus ejus homiliis jure tribuitur, tribuenda est ea imprimis illis homiliis, quas de utraque epistola ad Timotheum data habuit. Officio interpretis Chrysostomum in his epistolis enarrandis egregie functum esse, quis miretur, qui sancti patris libros, quos de Sacerdotio exaravit, accurate legerit, eumque multum de sacerdotis officiis cogitasse perpenderit?

Chrysostomum inter interpretes N. T. Graecos excipit *Theodoretus Antiochenus*, qui Theodori Mopsuesteni et Johannis Chrysostomi disciplina gavisus est. „*Inter Graecos omnes Patres huic imprimis addicere se debet, quicunque in Bibliis doctus evadere vult. — Caeteros Graecos Patres sedulo legerat, praesertim vero libros Origenis et sancti Johannis Chrysostomi, quos saepius sequitur. — Litteram multo pressius sequitur, quam caeteri Patres Graeci, nec etiam valde diffusus est stilus ejus*[47])." Sequuntur *Oecumenius*[48]) et *Theophylactus*[49]), quorum ille,

46) „*In iis, quas ad singulos S. S. libros confecit, homiliis nihil antiquius habet, nisi sensum et singulorum verborum et integrorum commatum e loquendi usu, ex historiis, e scriptorum denique sacrorum consiliis explicare eaque in re idoneam probavit sollertiam, ita ut, si qua parum recte, nihil tamen temere dictum reperiatur.*" Verba S. V. *Winer*i *Prolegg. in Pauli ad Galat. epist.* §. 4.

47) Verba *Rich. Simonii Hist. Crit. Vet. Test.* libr. III, cap. 10. Cf. *Mori Acroas. super hermenut. N. T.* p. 244. sq. *Rosenmüller. Histor. Interpr.* IV, p. 35.

48) Oecumenii ἐξηγήσεις παλαιαὶ editae sunt Graece Veronae anno MDLXII, et Graece et Latine Parisiis MDCXXXI. 2 Voll. forma maxima a *Morellio*. Cf. *Morus* l. l. p. 247. *Rosenmüller.* l. l. IV, p. 263. sqq. *Winer.* l. l. p. 15. — *Cave Hist. liter.* P. I. secul. X, p. 509. de Oecumenio inter alia haec habet: „*Magnam N. T. partem ex veterum Commentariis, praecipue ex Chrysostomo, qui ipsi prora ac puppis est, clare, dilucide ac concise explicavit, unde Novi Testamenti Scholiastes Graecus vulgo haberi solet.*"

49) „*Theophylactus, Bulgariae archiepiscopus, in D. Chrysostomi lectione diu multumque versatus ac nutritus, redegit in breve et apertum compendium juxta historicam intelligentiam, quicquid admirabilis ille pater ex aureo suo ore, veluti ex abundantissimo fonte, in exponendis scripturis sanctis effuderat, praetermissis locis communibus, in*

qui seculo decimo in epistolas Paulinas commentatus est, Chrysostomi aliorumque vestigiis insistit, hic vero, qui seculo undecimo ἑρμηνείαν suam scripsit, ita Chrysostomum sequitur, ut ejus quasi quidam abbreviator haberi possit.

Inter theologos illos, qui inde a tempore restauratorum sacrorum epistolam explicuerunt, primum nominamus ipsum *Martinum Lutherum*. Contigit nimirum *Brunsio*, bibliothecae Helmstadiensis praefecto, esse tam felici, ut sicut in alia scripta inedita viri incomparabilis, ita etiam in Scholia atque Sermones, quos b. vir in primam ad Timoth. epistolam habuerat, incideret, eaque publici juris facere posset[50]). Quum tamen *Lutherus* in his Scholiis non tam verba quam res ab apostolo enarratas respexisset, et quaque data occasione adversarios acerbe agitasset, parum fructus ex iis annotationibus in interpretationem hujus epistolae a nobis institutam redundavit. Hoc tamen nobis persuasissimum est, ex his Scholiis a *Brunsio* evulgatis imprimis patere, quomodo *Lutherus* praelectiones coram theologiae studiosis habere solitus fuerit[51]). *Lutherum*

quibus ille plenis eloquentiae velis excurrere consuevit. Allegorias quoque quum aut nullas, aut raras apud Chrysostomum invenisset, ex aliorum commentariis supplevit, et suis locis aptissime accommodavit.“ Verba *Sixti Senensis Biblioth. Sanct.* l. IV.

50) Titulus libri hic est: „*Martini Lutheri Scholia et Sermones in primam Johannis epistolam atque annotationes in epistolas Paulinas ad Timotheum et Titum. Ex codicibus manuscriptis bibliothecae academicae Helmstadiensis nunc primum edidit Dr. Paulus Jacobus Bruns. Lubecae impensis J. Fr. Bohn. MDCCXCVII.*“ — Ipse *Brunsius* de his annotationibus b. *Lutheri* pag. VI. praefationis haec scripsit: „*Descripsi eas ex binis codicibus eadem manu nempe Francisci Scharschmied descriptis, qui ad calcem annotationum ad Timotheum subjecit: rescriptum et finitum a Francisco Scharschmied anni* 1558. 2. *Decembris hora undecima. Ipsae praelectiones Lutheri triginta annis ante habitae sunt, ut ex diebus, qui utrique codici adscripti sunt, patet. Lutherus enim in epistolam ad Titum et primam ad Timotheum commentatus est a d.* 11. *Nov.* 1527 *ad* 30. *Mart.* 1528.“

51) *Lutherus* in his praelectionibus adhibebat versionem vulgatam, graeco textu non prorsus neglecto. Vid. *Bruns.* l. l. p. VIII. — Ut lectores, quibus hic liber a *Brunsio* editus non ad manus est, viderent, quomodo *Lutherus* in nostram epistolam

inter interpretes epistolarum Pauli excepit *Johannes Calvinus*, qui etiam in epistolas Pauli ad Timotheum exaravit commentarium lectu dignissimum. Non opus multis de interpretandi ratione viri egregii egregia exponere. Quantum *Calvinus* ad sensum verborum apostoli rectius intelligendum fecerit, inter omnes jam satis constat, et bonum sane aevi nostri signum jure habetur, quod viri illius summi commentarii a theologis nostrae ecclesiae leguntur iterum atque releguntur [52]).

Inter nostrae ecclesiae theologos, qui superiore seculo hanc epistolam explicuerunt, nominandus prae caeteris *Johannes Laurentius de Mosheim* [53]). Est quidem hic *Moshemii* commentarius verbosior, quam par est,

commentatus sit, apposui verba, quae vir b. in 1 Timoth. I, 19. fecit. „*Quam quidem repellentes. Quid illi fecerint, non scio. Hanc bonam conscientiam et fidem repellunt quidam. Hi sunt viles et leves spiritus, qui ubi semel audiunt wissen sie es von Stund an. Postea efficiuntur securi, mox tum vicit diabolus. Jam eo rabierunt Schwermeri, ut incipiant negare Christum. Zwinglius: Non est filius Dei mortuus, Christus redemit nos in quantum homo. Divinitas est impossibilis. Si Christus pro nobis passus, ipsis Christus negatur et deteriores Judaeis et capti cogitationibus, dass sie nicht können herauskommen, hängen sie sich an den fürnehmsten locum des Glaubens. Peccatum originale, baptismum, sacramentum negant jam Christum. Das heisst repellere fidem et conscientiam bonam non curare. Naufragaverunt. Merke den Text wohl contra securos et praesumtuosos. Mane in articulo capitali, ut haereas in fide. Opera werden sich mit der Zeit auch wohl schicken. So das Stück hinfällt, statim adest periculum, naufragium. Wenn Christus hinfällt, statim adest naufragium. Die andern Lehren thun nicht die Hälfte so viel Schaden. Sic Papistae venerunt in naufragium, und sind alle zum Teufel gefahren.*“ — En sermonem Latinum mixtum germanico. Similem consuetudinem in praelectionibus suis habuisse b. *Morum*, constat ex ejus *Acroasibus in plures N. T. libros* ab *Hempelio*, *Eichstadio* aliisque post *Mori* obitum editis.

52) Aditum ad hos divinae sapientiae fontes aperuit nostratibus *Tholuckius*, professor Halensis, qui commentarios *Calvini* iterum in lucem emitti curavit Halae MDCCCXXXI. 2 Voll.

53) Prodiit haec summi illius theologi explicatio Hamburgi ao. superioris sec. 55. sub titulo: *Erklärung der beyden Briefe des Apostels Pauli an den Timotheum.* — Exercuit *Moshemius* in adstruendo hoc commentario non solum interpretationem grammaticam, sed dedit simul exegesin practicam seu piam.

dignus tamen, qui legatur, ob disquisitiones, quas vir b. de rebus historicis instituit accuratissimas. Magis certe mihi *Moshemii* commentarius placuit, quam explicatio, quam de his ad Timotheum epistolis dedit b. *Zachariae*[54]).

Sicut nostrae aetatis theologi in universum libros N. T. accuratius et melius grammaticis subsidiis et historicis etiam in auxilium vocatis explicare studuerunt, ita inde a fine superioris seculi plures commentarii epistolarum a Paulo ad Timotheum datarum a viris doctis exarati sunt. Nominandae hic sunt praeter *Fleischmanni*[55]) et *Heinrichsii*[56]) commentarios imprimis interpretationes *Wegscheideri*[57]) et *Heydenreichii*[58]), assensu virorum doctorum dudum comprobatae.

54) *Paraphrastische Erklärung der Briefe an Timotheus, Titus und Philemon.* 1775.

55) *Mag. Aug. Christophori Fleischmanni, Diacont ecclesiae Tubingensis, interpretatio epistolarum Pauli ad Timotheum et Titum. Tubingae MDCCXCI.* Vol. nen primum tantum prodiit, quod complectitur interpretationem I. ad Timotheum epistolae. Notarum plaustra ex multis libris congessit *Fleischmannus*. Pro textu graeco dedit versionem, quae tamen est potius periphrasis.

56) *Paulli epistolae ad Timotheum, Titum et Philemonem Graece. Perpetua annotatione illustratae a J. H. Heinrichs.* Gottingae apud Dietericum MDCCLXXXXVIII. ed. 2. ibid. anno hujus seculi XXVIII. — Haec vero altera editio parum tantum differt ab illa priore. Non in auxilium vocavit libros *Wineri*, *Wahlii*, *Bretschneideri*, non vidisse videtur *Wegscheideri* commentarium, non usus est iis, quae *Schleiermacherus* et *Planckius* de hac epistola in medium protulerunt. Citavit quidem passim horum duumvirorum libros siglis *Schl.* et *Pl.*, at eorum sententias neque refutavit, neque in usum suum convertit unquam. Hinc factum est, ut *Heinrichsii* commentarius paucis tantum probatus sit.

57) *Der erste Brief des Apostels Paulus an den Timotheus. Neu übersetzt und erklärt, mit Beziehung auf die neuesten Untersuchungen über die Authentie desselben von J. A. L. Wegscheider.* Gottingae ap. Roewerum. 1810. Continetur hoc in libro primum introductio in ep. I. ad Timotheum, in qua defendere studuit Vir S. V. epistolae authentiam contra *Schleiermacherum*, deinde dedit epistolae interpretationem vernaculam inde a pag. 43., denique a pag. 60. commentarium exhibuit grammaticum atque historicum.

58) *Die Pastoralbriefe Pauli erläutert von Dr. A. L. Chr. Heydenreich. Nebst Anhang einer Uebersetzung der Schutzrede des heiligen Gregor von Nazianz wegen seiner Flucht, in welcher dar-*

Inter versiones utriusque epistolae ad Timotheum datae mihi innotuit ea, quae ab auctore aliquo anonymo anno superioris seculi nonagesimo Gottingae prodiit [59]).

gethan wird, welch ein wichtiges und schwieriges Geschäft der Beruf des Geistlichen sei. Vol. I. Hadamariae 1826. Vol. II. ibid. 1828. Non sine cura, diligentia et doctrina hunc librum conscriptum esse, justi rerum exegeticarum arbitri omnes confessi sunt.

59) *Paulus Briefe an den Timotheus. Uebersetzt und erläutert.* Auctor libri fuisse dicitur *Hessius*, concionator aulae Burgsteinfurthensis. Vid. *Heydenreich.* l. l. T. I. pag. 8. Annotationes, quas versioni addidit, breves quidem, sed non prorsus spernendae sunt.

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ

Η ΠΡΟΣ

ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΠΡΩΤΗ.

Παῦλος, ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατ' ἐπιταγὴν 1

Cap. I. v. 1. Παῦλος ἀπόστολος etc. Utitur h. l. apostolus salutandi formula sibi admodum familiari. Ad finem versus primi verbum χαίρειν non esse supplendum, tantum eorum causa moneo, qui, quod sane satis mirum est, etiamnum de tali ellipsi verba faciunt. Non immerito taxat ob hunc errorem *Holzhausenium*, recentissimum epistolae ad Ephesios editorem, Vir quidam Doctus in *Roehrii Krit. Prediger-Bibliothek* XVI. 1. pag. 132., cujus verba digna sane sunt, quae huc transscribantur. „*Die althergebrachte Ansicht von einer Ellipse oder Anacoluthie in den Eingängen der apostolischen Briefe wird gewiss durch die Bemerkung beseitigt, dass die Worte: Παῦλος etc. nebst den Dativen ausdrücken, von wem der Brief komme, und an wen er sich richte, und dass der hebräische Segenswunsch: χάρις καὶ εἰρήνη ὑμῖν an die Stelle des heidnischen durch χαίρειν bezeichneten Grusses getreten sei. Die Richtigkeit dieser Ansicht erhellt, ganz abgesehen von der Unstatthaftigkeit der bezeichneten Ellipse, besonders daraus, dass Jacobus, der sich unter den neutestamentlichen Schriftstellern allein der griechischen Grussformel bedient* (Jac. I, 1. Actor. XV, 23.), *den hebräischen Segenswunsch weglässt, was gewiss nicht geschehen wäre, wenn es mit jener Ellipse seine Richtigkeit hätte.*“ — ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ κατ' ἐπιταγὴν θεοῦ. Apostolum in limine suarum epistolarum solere muneris sui apostolici a Deo ipsi demandati mentionem facere, res est notissima. Variae vero Intpp. illis responderunt, qui, cur de hac sua auctoritate apostolica verba fecerit coram Timotheo, de hac Pauli dignitate nunquam dubitante, quaesiverant. Paulum sibi auctoritatem apostolicam vindicantem simul auctoritatem Timothei, tanquam episcopi ecclesiae per apostolum constituti, firmare voluisse, quod *Heydenreichius* censet, paulo id quidem longius repetitum videtur. *Wegscheiderus* vero, qui Paulum non Timothei causa, sed propter illos Christianos Ephesi degentes, qui fortassis hanc epistolam ad Timotheum datam lecturi essent, de ordinatione sua per Deum facta h. l. locutum esse contendit, rem sane acu tetigisse videtur. Eadem jam *Calvino*, sum-

Θεοῦ, σωτῆρος ἡμῶν, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τῆς ἐλπίδος

mo sacri codicis interpreti, fuit sententia. „*Si soli Timotheo scripsisset*, inquit *Calvinus*, *non opus erat, adscribere hoc* (sc. apost(oli *epitheton, et ita asserere, ut facit. Contentus enim procul dubio fuisset Timotheus solo nomine. — Alios ergo potius respicit, qui non tam erant ad ipsum audiendum voluntarii, vel non tam facile ejus dictis acquiescebant. Talium hominum causa se apostolum Christi testatur, ne parvi pendere nusint, quod scribit.*“ — Contendit vero P., se esse apostolum κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ, *secundum praeceptum Dei*, quibus verbis idem fere dixit, quod alias expressit verbis: διὰ θελήματος Θεοῦ, 1 Cor. I, 1. Indicat nimirum apostolus, sibi augustam illam evangelii praedicandi provinciam ab ipso Deo demandatam esse. — Vocat hunc Deum h. l. σωτῆρα. Offendit in hoc divini numinis nomine b. *Schleiermacherus* in epistola saepius a nobis in prolegg. excitata, p. 79. „*Insignitur sane alias in N. T. nunquam sanctissimum numen hoc nomine, nisi in nostra epistola et in epistola ad Titum. Huc accedit, quod in epistola ad Titum tunc demum σωτῆρος nomine Deum compellaverit apostolus, quum antea sermo fuisset de σωτηρίᾳ illa Deo auctore hominibus per Christum parta, in nostra vero epistola verba Θεὸς σωτὴρ saepius nude sine ullo illius salutis respectu legantur. Afferamus exemplum: Locutus erat Paulus initio epistolae ad Titum de ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, quam Deus manifestaverit καιροῖς ἰδίοις per evangelium, et nunc aptissime ille Deus Θεὸς σωτὴρ ἡμῶν compellatur. Verum enim vero alia est ratio nostro in loco. De salute per Christum parta ne syllaba quidem legitur.*“ — Haec est *Schleiermacheri* sententia. — Habemus tamen, quod respondeamus. Quamquam enim saepissime verba σώζειν, σωτηρία, σωτὴρ dici respecta salutis illius per Christum hominibus impertitae negari nequit, non satis recte tamen illos theologos statuere opinor, qui, quoties unum alterumve illorum vocabulorum legant, toties de salute, cujus auctor sit Christus, cogitant. Quid est σώζειν? Respondet ex aste nostro verbo: *helfen*. Si v. c. apostolus infra II, 15. de muliere ait: σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας, vertenda sunt haec verba: *Sie wird glücklich werden durch Kinderzeugen*. Ita etiam bene Deus vocatur: ὁ σωτὴρ, *der Helfer, der Beglücker*. Et sumta hac hujus vocis potestate, nemo profecto erit, qui inepte a Paulo omnigenam salutem Timotheo suo apprecante usurpatum esse hoc vocabulum sibi persuadeat. — Neque Deum solum muneris sui apostolici facit auctorem Paulus, sed illi Christum adjungit. Dicit enim: κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ, σωτῆρος ἡμῶν, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ. De lectionis varietate, quae hic observata est a criticis, aliis Θεοῦ πατρὸς καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, aliis Θεοῦ τοῦ σωτῆρος, aliis denique Θεοῦ σωτῆρος ημῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ legentibus, vid. *Griesbach*, *Heinrichs* et *Wegscheider* ad h. l., quorum notas exscribere me sane taedebat. — Vocat porro hunc Jesum Christum apostolus τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, *spem nostram, den Gegenstand unserer Hoffnung*. „*Tunc enim*, inquit *Calvinus*, *incipimus bene sperare, quum in Christum respicimus, quandoquidem in eo solo residet salutis nostrae materia.*“ Similiter est apud Ignatium in epistola ad Trallianos T. II, p. 55. ed. *Frey*. ἐκκλησίᾳ ἁγίᾳ — εἰρηνευούσῃ ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι τῷ πάθει Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. Cf. *Heydenreich* ad h. l.

ἡμῶν, Τιμοθέῳ, γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει· χάρις, ἔλεος, 2
εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ
κυρίου ἡμῶν. Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν 3

V. 2. γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει. Indicat non solum haec compellatio amorem Pauli in Timotheum, sed etiam firmitatem et constantiam Timothei in fide. Vocabulum τέκνον, quo inter Graecos jam homines aetate et auctoritate superiores eos, qui ipsis subditi erant, et quos amabant, appellare solebant, Paulum imprimis suis discipulis tribuisse, apparet ex locis 1 Tim. I, 18. 2 Tim. I, 2. II, 1. Tit. I, 4. 1 Cor. IV, 17. Timotheum vero h. l. vocat adeo γνήσιον τέκνον, filium *germanum*, τὴν ἀκριβῆ καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητα δεῖξαι βουλόμενον, quae sunt verba Chrysostomi ad h. l. Conspirat cum hac interpretatione *Lutherus*, qui in *Scholiis et Sermonibus* in hanc nostram epistolam a *Brunsio* editis p. 186. ita de h. l. locutus est: „*Distinguit hunc filium a caeteris filiis. In epistola alia, nempe Philipp. II, 20., commendat, quod neminem habeat tam unanimem, v. 21. et omnes quaerant, quae sua sunt, non quae sunt Jesu Christi. Mihi est filius dilectissimus. Eadem facit, quaerit, patitur, quae ego facio, quaero, patior, qui omnibus vestigiis, signis exprimit parentem.* Simili modo Diogeni Laert. I, 1. Aristoteles audit ὁ γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος μαθητῶν. De propria v. γνήσιος notione non opus est h. l. monere. Vid. modo *Wolf.* in *Curis* ad h. l. — Qua in re consistat ea Pauli cum Timotheo ὁμοιότης, docent verba: ἐν πίστει. Una eademque persuasio erat utrique in rebus ad religionem pertinentibus. — χάρις, ἔλεος, εἰρήνη. Alias sane in talibus salutationibus vocem ἔλεος additam non legimus, quod tamen vix mirari debebat *Schleiermacherus*, quem vide l. l. pag. 80. Verum jam vidit Chrysostomus, qui πλείονα, inquit, ἐπεύχεται τῷ παιδὶ, δεδοικὼς ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τρέμων. Consentit *Calvinus*: „*Secundum hoc, h. e. Misericordiae nomen, praeter suum morem, interposuit, forte singulari erga Timotheum amore impulsus. Porro non servat exactum ordinem: quod enim posterius est, priore loco posuit, gratiam scilicet, quae ex Misericordia manat. Nam ideo in gratiam nos initio recepit Deus, et deinde amore nos prosequitur, quia misericors est.* [Vid. Ep. Judae v. 2., ubi sane legitur: ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη.] *Verum non est insolitum, causam subjungi effectui, explicationis causa.*“ Caeterum cf. Galat. VI, 16. 2 Tim. I, 2 Tit. I, 4. Verba χάρις, ἔλεος, εἰρήνη omnigenam salutem notare ab omnibus fere Intpp. ad initia epistolarum Paulinarum animadversum est. Vide etiam S. V. *Wahlium* in *Clav. N. T.* Tom. I, p. 489. ed. 2. s. v. ἔλεος.

V. 3 et 4. Καθὼς παρεκάλεσά σε — τὴν ἐν πίστει. *Sicut in Macedoniam proficiscens te eo consilio Ephesi subsistere rogavi, ut nonnullos admoneres, ne aliena a vera doctrina docerent, et ut a futilibus fabulis et inanibus genealogiis abstinerent, quae contentiones magis praebent, quam institutum Dei, quod in fide consistit, adjuvant* (ita et nunc te rogatum esse cupio). Haec nimirum verba supplenda censeo cum S. V. *Winero* in libro notissimo: *Grammatik des N. T. Sprachidioms*, ed. 3. p. 439. Verba *Wineri*,

Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς

qui tamen jam post *Μακεδονίαν* inserenda censet verba: *οὕτω καὶ νῦν παρακαλῶ*, haec sunt: „*Manche Interpreten, (auch Mosheim und Schott) betrachten V. 5. bis 17. als eine einzige Parenthese. Aber das ist ganz unnatürlich. Auch kann man den Nachsatz nicht mit ἵνα beginnen (Piscator), oder, wie Heydenreich (Denkschrift des theologischen Seminars in Herborn. 1820.), καθώς für eine unübersetzbare (!) Uebergangspartikel nehmen* [Mutavit tamen suam sententiam *Heydenreichius* in commentario ad h. l. pag. 75. et anacoluthicam esse h. l. orationem statuit, et ipse etiam supplet ad finem v. quarti: *οὕτω παρακαλῶ σε καὶ νῦν.*], *oder προσμείναι als Imperativ fassen, sondern es liegt gewiss hier ein Anacoluth zum Grunde, indem P. schreiben wollte: καθὼς παρεκάλεσα — — Μακεδονίαν, οὕτω καὶ νῦν παρακαλῶ, ἵνα* etc. *Während er den Gegenstand des παρακαλῶ gleich in den Vordersatz einfügt, entgeht ihm der Nachsatz ganz.*“ — *παρεκάλεσά σε.* En amicum ad amicum scribentem. Scite jam animadvertit Chrysostomus: *Ἄκουε τὸ προσηνὲς, πῶς οὐ διδασκάλου κέχρηται φωνῇ, ἀλλ' οἰκέτου σχεδόν. Οὐ γὰρ εἶπεν· ἐπέταξα, οὐδὲ· ἐκέλευσα, οὐδὲ· παρῄνεσα, ἀλλὰ τί; παρεκάλεσά σε. — πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν.* De hoc itinere Pauli vid. Prolegg. — *μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν.* Offendit *Schleiermacherus* etiam in hoc verbo, quod sane alias in N. T. non legitur. Contra Paulus, ubi reprehendit doctores ecclesiae a vera doctrina aberrantes, utitur formulis: *ἄλλον Ἰησοῦν, ἕτερον εὐαγγέλιον κηρύσσειν* (2 Cor. XI, 4.), vel: *εὐαγγελίζεσθαι παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα* (Galat. I, 8. 9.). Verbum *ἑτεροδιδασκαλεῖν* tantum abest ut a Paulo usurpatum esse opinetur *Schleiermacherus* (l. l. pag. 30.), ut hoc ipsum verbum jam imperii ecclesiastici vestigia redolere ipsi videatur. Bene vero respondit ad has *Schleiermacheri* objectiones *Henricus Planckius* in libro: *Bemerkungen über den ersten Paulinischen Brief a. d. Timotheus* p. 19. ita: „*Dass P. anderwärts dieses Ausdrucks sich nicht bedient, erklärt sich am leichtesten aus dem ganz natürlichen Grunde, dass er entweder nicht früher darauf kam, oder desselben sich nicht weiter erinnert hat, welches bei einem Worte, das höchst wahrscheinlich von ihm selbst für ein augenblickliches Bedürfniss erfunden, und aus dieser Ursache nicht allgemein geläufig und im Gebrauch sein mochte, gar keine Verwunderung erregen darf. In den angeführten Stellen* 2 Cor. XI, 4. Galat. I, 6. 8. 9., *wo Paulus für denselben Begriff andere Ausdrücke braucht, hätte es nicht einmal gut angebracht werden können, da der Apostel hier in Gegensätzen spricht, welche ihm nur die gewählten Ausdrücke, ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσειν etc. erlaubten. Zuletzt scheint es dem Verf., als ob der Ausdruck für P. einen zu hierarchischen Geschmack habe; allein der angebliche Falsarius lebte doch nach der eigenen Aussage des Sendschreibens noch im ersten Jahrhundert, und hatte sich da wohl die Hierarchie schon so zu entwickeln angefangen, dass sogar einzelne Ausdrücke einen gewissen hierarchischen Sinn ausschliesslich erhielten? Und liegt überhaupt in dem bestrittenen Worte, an und für sich, ohne Rücksicht auf einen herrschenden Sprachgebrauch betrachtet, ein Sinn, der den Local- und Zeitverhältnissen des Apostels, sowie seinem eigenen Ideenkreise und seiner gewöhnlichen Darstellungsart nicht völlig angemessen wäre?*“

τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεα- 4

V. 4. Ad intelligenda hujus commatis verba opus sane erit, ut sequentia commata, imprimis v. septimum, consideremus, unde satis clare apparet, Paulum de Christianis a Judaica religione ad religionem Christi conversis sermonem instituere. Oppugnare Paulum νομοδιδασκάλους, qui legem Mosis cum Christi praeceptis jungebant, bene tenendum est. Hinc primum facilius, opinor, concludi potest, quid Paulus cogitaverit sub μύθοις illis. Et non inepte quidem jam Theodoretus monuisse videtur, intellexisse apostolum sub μύθοις: δευτέρωσιν, Ἰουδαϊκὴν ἑρμηνείαν, i. e. illa ad legem divinam additamenta, quibus aliqua γυμνασία σωματικὴ, abstinentia a quibusdam cibis, a matrimonio etc., injungebatur. Firmatur haec explicatio etiam loco Ignatii in ep. ad Magnes. c. 8., quem excitavit *Heydenreichius*: μὴ πλανᾶσθε ταῖς ἑτεροδοξίαις, μηδὲ μυθεύμασι τοῖς παλαιοῖς, ἀνωφελέσιν οὖσιν (ep. interpol. μηδὲ μύθοις ἐπέχετε, καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, καὶ Ἰουδαϊκοῖς τυφοῖς)· εἰ γὰρ μέχρι νῦν κατὰ νόμον ζῶμεν, ὁμολογοῦμεν χάριν μὴ εἰληφέναι. Nonne h. l. ipse Ignatius sub his μυθεύμασιν illam δευτέρωσιν, illam Ἰουδαϊκὴν ἑρμηνείαν legis intelligit, quam Origenes contra Celsum, ut annotavit *Pearson* ad locum Ignatii citatum, Ἰουδαϊκὴν μυθολογίαν vocare adeo non dubitavit? — Multo difficiliora sunt ea, quae statim sequuntur, verba: καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις. Assidue vero et diligenter perlectis iis, quae recentiori tempore Interpretes tantum non omnes de hoc loco scripserant, in tres imprimis classes dispesci posse theologorum de illis γενεαλογίαις opiniones facile apparebat. Alii nimirum de Judaeorum στέμμασιν, alii de Deorum gentilium genealogiis, alii denique de aeonum vel etiam angelorum ordinibus cogitarunt. Singulas has sententias prolixius enarrare et examinare, longius sane foret, et ablegamus lectores, qui accuratius Virorum Doctorum de h. l. opiniones cognoscere cupiunt, ad *Wolfium* in *Curis philologicis et criticis* ad h. l., et ad commentarios *Moshemii*, *Wegscheideri*, *Heydenreichii*. Equidem vero, ut ingenue fatear, sto a partibus illorum interpretum, inter quos eminet *Schoettgenius* in *Horis Talmudicis* ad h. l., qui γενεαλογίας vocabulum proprio suo et nativo significatu, quo, auctore Cornelio Nepote XXV, 18., familiarum originem et propaginem ordine enumeratam indicat, accipiendum esse putarunt, et Paulum praecepisse, ut Christiani a studio genealogico, quo, ut satis constat, admodum delectabantur Judaei, abstinerent, contenderunt. Nam illud studium familias a stirpe ad seriora tempora enumerandi per se sane innocentissimum ansam praebuisse dixerunt theologi, ut illi Christiani, qui antea Judaei fuerant, sibi majori et quasi nativo jure regni divini per Christum inaugurati beneficia competere opinarentur. Favit huic locum interpretandi rationi inter antiquissimos nostrae epistolae interpretes jam Chrysostomus, qui, εἰκὸς, inquit, τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ἐν τοῖς ἀνονήτοις τὸν πάντα λόγον ἀναλίσκειν, πάππους καὶ προπάππους ἀριθμοῦντας, ἵνα δῆθεν ἐμπειρίας πολλῆς καὶ ἱστορίας δόξαν ἔχωσι. Cf. *Wegscheiderus* in commentario ad h. l. p. 69., qui inter alia haec scripsit: „*Es ist wohl keine andere Auskunft übrig, als mit Schöttgen hier eine Beziehung anzunehmen auf die Sucht der Juden, die Abkunft einzelner unter ihnen von berühmten Vorfahren abzuleiten, und sich einen gewissen Vorrang gegen andere, etwa auch Heidenchristen da-*

λογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον, ἢ

durch zu begründen.“ Pugnavit quidem contra hanc sententiam imprimis *Schleiermacherus* l. l. pag. 82., qui satis acute, illud stirpes investigandi studium certe non ad ἑτεροδιδασκαλίαν aliquam, de qua tamen Paulus aperte loquatur, pertinere, monuit. At, quidni profiteor? non satisfecerunt mihi ea, quae *Schleiermacherus* et post eum *Meyerreichius* contra hanc opinionem in medium protulerunt. Imo ad illam *Schleiermacheri* objectionem facile ex ipsis verbis Paulinis, quae leguntur versu quarto, respondetur. Duo nimirum ponit apostolus. Praecipit Timotheo, ut admoneret nonnullos, *ne a vera doctrina aliena docerent* (μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν), *et ut a mythis et genealogiis nunquam finiendis abstinerent* (μὴ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις). Huc accedit, quod, ut etiam concessit *Schleiermacherus* l. l. pag. 84., in epistola ad Titum III, 9. apostolum hoc stemmata conficiendi studium in mente habuisse, verborum vicinia satis perspicue doceat. An vero Paulum in duabus epistolis diversis eundem errorem bis vituperasse, statuere non licet? An non satis periculosa fieri potuit Christianis, quibus non semel, sed saepius, ut ne rebus a munere suo alienis sese immiscerent, praecepit Paulus, tam inanis στεμμάτων disquisitio et examinatio? Non negamus quidem, omnino nunquam ad liquidum posse perduci, quid sibi Paulus sub illis γενεαλογίαις ἀπεράντοις, quas vitare oporteret illos Christianos Ephesi degentes, cogitaverit; at, si eligenda est una inter plures interpretandi rationes sententia, illud sane studium genealogicam vituperari ab apostolo nostro in loco arbitrer. — Vocantur hae genealogiae ἀπέραντοι. Jam etymologia hujus adjectivi docet, esse ἀπέραντον omne id, quod *terminum non habet*, quod *infinitum* est. Sic apud Philon. de confus. ling. p. 352. C. ed. Mang. διήγησις vocatur ἀπέραντος. Optime sane hoc epitheton convenit γενεαλογίαις. Harum familiarum originum perscrutatio saltem ad certum finem non perducebat. Ergo in proprio v. ἀπέραντος significatu subsistendum puto. Nonnullis interpretibus ἀπέραντον h. l. est *inutile*; at haec significatio certe a nostro loco aliena videtur. *Lutherus* egregie vertit: *und der Geschlechte Register, die kein Ende haben.* — αἵτινες ζητήσεις — ἐν πίστει. *Disceptationibus ansam praebent, non vero oeconomiam Dei, quae in fide consistit, adjuvant.* „Aestimat a fructu doctrinam, inquit *Calvinus*. *Quaecunque enim non aedificat, repudianda est, etiamsi nihil aliud habeat vitii: quaecunque vero ad concertationes solum excitandas valet, duplici nomine damnanda est.*“ De voc. ζήτησις cf. Joh. III, 25. et Act. XV, 2. (ubi tamen *Kuinoelius* legendum censet συζήτησις), et Herodot. II, 54. μεγάλη ζήτησις ἐγένετο. — Pro οἰκονομίαν alii legunt οἰκοδομίαν s. οἰκοδομήν, quam scripturam *Lutherus*, *Calvinus*, *Moshemius* aliique secuti sunt. Habent tamen Codices primi ordinis et patres tantum non omnes οἰκονομίαν, pro qua lectione hanc ipsam ob causam summi steterunt critici, v. c. *Grotius* ad h. l., *Wolfius* in *Cur. philolog.* ad h. l., *Wetstenius*, *Millius*, *Bengelius*, *Griesbachius*. Facilior sane est lectio οἰκοδομία. At quum difficilior lectio, aliis rationibus non adversantibus, faciliori ex canone criticorum antiquissimo sit praeferenda, hanc jam ob causam scribendum esse censeo οἰκονομία. Est vero οἰκονομία Θεοῦ h. l. *illud Dei institutum, quo providit hominum saluti, die Heilsanstalt Gottes.* Jam quum haec salus hominibus tantum

οἰκονομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει· τὸ δὲ τέλος τῆς παρ- 5
αγγελίας ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδή- 6
σεως ἀγαθῆς, καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου· ὧν τινες ἀστο- 6

competat per fidem, illud ipsum institutum divinum vocatur ab apostolo οἰκονομία ἡ ἐν πίστει.

V. 5. Τὸ δὲ τέλος — ἀνυποκρίτου. *Omnis vero institutio eo spectat, ut amor ex mente integra, et bona conscientia, et fide infucata excitetur.* Arcte haec cum antecedentibus cohaerere, docet vel particula δέ. Quia nebulones illi fabulis inanibus student, inquit apostolus, aberrant simul a scopo, ad quem omnis παραγγελία tendat necesse est. Multum quaesiverunt Intpp. de v. παραγγελία. Aliis est lex divina, ut *Calvino*, aliis Christiana religio ipsa, inter quos est *Heinrichsius*, et *Heydenreichius* h. vocab. adeo habet pro synonymo v. πίστεως, quod sane miratus sum. Cur non subsistamus in primitivo hujus vocabuli significatu? Παραγγελία est primum *annuntiatio*, i. e. praedicatio, institutio. Vid. *Wegscheider.* in Commentario ad h. l. Nonne vero omnis praedicationis et institutionis, quae fit per ecclesiae doctores, est finis summus, ut Christiani discant amorem, qui oritur ex pura mente, recti conscientia, et fide infucata? Num vero amor revera ex his fontibus oritur? Sine dubio. Modo teneamus, Paulum de Dei et proximi caritate h. l. loqui. Nullus verus amor in Deum et homines sine καθαρᾷ καρδίᾳ. Mens impura uti Deum non vere cognovit (Matth. V, 8.), ita eum etiam vere amare nequit. Porro homo hac καθαρᾷ καρδίᾳ destitutus et lucro potius et voluptatibus vivens sibi tantum prospicit, non fratrum salutem curat. Deinde homo *mala conscientia* punctus, quia veram fiduciam in Deum habere non potest, etiam vere diligere Deum nequit. Incitat quidem prava conscientia interdum eos, qui ab ea anguntur, ut conscientiae maculas abluant, ad amorem erga proximos, ad beneficia τῷ πλησίον conferenda; at quis hunc amorem verum nuncupare audeat? Ubi denique homo aliquis πίστιν, et quidem πίστιν ἀνυπόκριτον habet, ubi vere persuasus est de salute sibi aliisque per Christum parta, ibi non deerit amor in Deum, qui ab aeterno amavit homines, ibi non deerit amor in homines ejusdem felicitatis, eorundem bonorum coelestium participes.

V. 6. ὧν τινες — ματαιολογίαν. *His virtutibus relictis nonnulli ad vanas disputationes delapsi sunt.* Construitur h. l. verbum ἀστοχεῖν c. genitivo, quae constructio est vere graeca. Vid. *Winer.* l. l. pag. 167. et *Wahl.* in *Cl. N. T.* s. h. v. Alias, 1 Timoth. VI, 21. 2 Tim. II. 18. adjunctam habet hoc verbum praepositionem περί. Bene egit de discrimine utriusque constructionis b. *Schleiermacherus* l. l. pag. 89. sqq. Est nimirum ἀστοχεῖν c. genitivo: *aberrare ab aliqua re tanquam a fine suo, irgend etwas als seines Ziels verfehlen*, ἀστοχεῖν περί τινος vero significat secundum locos illos Paulinos paulo ante citatos: *a scopo aberrare ratione alicujus rei, in Bezug auf etwas.* V. c. infra VI, 21. est: ἧν τινες παραγγελλόμενοι περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν, *quod attinet ad fidem a scopo recto aberrarunt.* Jam quum ἀστοχεῖν h. l., quamvis cum genitivo conjunctum sit, eundem habeat sensum, quem habet in iis locis, quibus cum praepositione περί construitur, offenditur hoc

7 τήσαντες ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν, θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοοῦντες, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ 8 τίνων διαβεβαιοῦνται. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι καλὸς ὁ νόμος,

verbo h. l. *Schleiermacherus*. Bene vero respondit *Planckius* pag. 71. „*Es kann hier nur auf die Frage ankommen, ob das Zeitwort ἀστοχεῖν allein die Bedeutung habe: seines Zieles verfehlen, ehe man dazu gelangt ist, und nicht auch die: von dem einmal schon erreichten Ziele wieder abkommen, es wieder verlieren. Das Vorkommen dieses Wortes in der letzteren bei den Apokryphen* (Sirac. VII, 19. VIII, 9.) *wird von Schl. selbst zugegeben, und sobald dies erwiesen ist, so darf gar nicht mehr die Rede davon sein, ob Paulus der einen in diesem, der andern in jenem Briefe sich bedient haben könne.*“ Sensus igitur nostri loci est hicce: Quamquam nonnulli virtutibus illis, nimirum *καθαρᾷ καρδίᾳ, συνειδήσει ἀγαθῇ* et *πίστει ἀνυποκρίτῳ* antea gavisi erant, tamen ab his virtutibus aberrarunt et deflexerunt *εἰς ματαιολογίαν*. De verbo *ἐκτρέπεσθαι* vid. *Wahl.* in *Cl. N. T.* et *Heinrichsius* ad h. l. — *ματαιολογία* est idem, quod antecedens vocabulum *ζήτησις, vana disputatio.*

V. 7. *θέλοντες — διαβεβαιοῦνται. Volunt esse legis doctores, quamquam ignorant, quid dicant et quae asseverent. θέλοντες* expressimus quidem per verbum finitum; at arcte cohaeret hoc participium cum verbo antecedente *ἐξετράπησαν*. Participium *νοοῦντες* vero, quod statim sequitur, resolvendum est per: *quamquam ignorant.* Vid. *Winer. Gr. N. T.* pag. 295. — *νομοδιδάσκαλοι*. Erant sine dubio Christiani, qui legem per Christum nondum abrogatam esse, sed pristinam suam vim et auctoritatem etiam in ecclesia Jesu Christi habere, contendebant. „*Dass Paulus dafür den Namen νομοδιδάσκαλοι braucht, ist eine ihm sehr gewöhnliche Paronomasie; denn freilich bedeutet dieser Name im gewöhnlichen jüdischen Verstande etwas ganz anderes, vgl.* Luk. 5, 17. Act. 5, 34. *Aber diese Seltenheit des Ausdrucks in den Paulinischen Schriften wird keinen befremden, der nicht erwartet, der Apostel werde an allen Stellen, wo er von Judaisirenden spricht, dasselbe Wortspiel haben anbringen wollen. Der Ausdruck γραμματεὺς kommt eben so nur einmal bei Paulus vor,* 1 Cor. I, 20.“ quae sunt verba *Planckii* l. l. p. 22. Cf. *Schleiermacher.* l. l. p. 32. — *μὴ νοοῦντες—διαβεβαιοῦνται*. Habes paucis verbis fabulatorum illorum satis aptam effigiem. Particulae *μήτε—μήτε* indicant Paulum non de una eademque re loqui. Sciunt, inquit, illi legis magistri neque suas ipsorum fabulas, *ματαιολογίας* (*ἃ λέγουσι*), neque legem ipsam, cujus praecepta tanta asseveratione inculcant (*περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται*), satis cognitam habent. *Διαβεβαιοῦσθαι περί τινος* nempe est: cum summa asseveratione loqui de re ut certissima et admodum ardua, *λέγειν μετὰ βεβαιώσεως*. Hebr. VI, 16. Vid. *Wetsten.* ad h. l, qui veterum scriptorum testimoniis hunc huic verbo significatum adstruxit.

V. 8. Jam quum mentionem fecisset Paulus *νομοδιδασκάλων*, delabitur nunc ad prolixiorem de lege divina expositionem, ne quis forte legem ipsam superfluam esse autumet. *Bene*, inquit, *perspectum habemus, legem, si quis ea recte utatur, bonam esse.* Nuncupat hic Paulus *νόμον καλὸν*, i. e. *utilem*, quo significatu

ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται. Εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ 9
νόμος οὐ κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι

legitur hoc adjectivum etiam apud Xenophontem et Platonem, qui omnes res vel *utilitate* vel *gratia* sese commendantes καλὰς vocare solebant. Vid. *Sturz*, praeceptor optimus, in *Lex. Xenoph.* s. h. v. et *Findeisen.* ad Plat. Gorg. p. 388. LXX Intpp. saepius adjectivo καλὸς reddiderunt Hebraeorum טוֹב, cujus rei testis est *Bretschneiderus* ad Sirac. XIV, 3., ubi leguntur verba: ἀνδρὶ μικρολόγῳ οὐ καλὸς ὁ πλοῦτος. Loqui h. l. apostolum de lege Mosaica eademque morali, non est, quod multis demonstretur. Cf. quae *Heydenreichius* ad h. l. ex Chrysostomo excitavit. Habet vero νόμος, inquit P., tunc demum aliquid utilitatis, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως, i. e. *secundum legislatoris voluntatem*, χρῆται. De adverbio νομίμως cf. locos a S. V. *Wahlio* in *Clav. N. T.* excitatos.

V. 9. Sententiam suam de lege Mosaica jam prolixius exponit Paulus verbis: εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται etc. Sunt Interpretum nonnulli, qui participium εἰδὼς arctissime cum verbo οἴδαμεν jungendum esse existiment, provocantes nimirum ad Galat. VI, 1. Hujus tamen loci, ut hoc obiter moneam, alia prorsus est ratio, quum ibi ad explicandum participium σκοπῶν necesse sit supplere ἕκαστος, ut jam animadvertit *Hoogeven.* ad *Vigerum* pag. 193. Et quamquam negari nequit, apud optimos adeo scriptores participium reperiri in singulari, nomine in plurali praecedente, qua de re egit *Goellerus* ad Thucyd. de bello Peloponnes. VIII, 99.: a nostro tamen loco haec ratio maxime aliena esse videtur. Procul dubio pertinet partic. εἰδὼς ad praecedens τὶς, et bene ad sensum vertit εἰδὼς τοῦτο *Wegscheiderus* ad h. l. germanice: *mit dem Bewusstsein.* — δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται. Contendit *Heydenreichius* ad h. l., apostolum de onere illo, quod impiis lege imponeretur, hic cogitasse, et vertit: *das Gesetz lastet nicht auf dem Tugendhaften.* Difficile vero erit Viro Docto, hunc sensum verbis Paulinis adstruere. Imo vertendum est: *das Gesetz ist dem Gerechten nicht gegeben.* Est nimirum κεῖσθαι proprium de legibus verbum, ut docuit *Raphelius Annot. ex Polybio* p. 592. coll. *Vigero* p. 258. Intpp. ad Aristophan. Ran. v. 761. et *Passow* in *Lex.* s. h. v. Multum de hoc Pauli loco disputatum esse tempore restauratorum sacrorum ab Agricola, qui tum publice theologiam Vitebergae profitebatur, et ex hoc Pauli effato suos de lege Mosaica errores firmare studebat, et per se satis notum est, et narratur imprimis a *Schroeckhio* in *Christl. Kirchen-Geschichte seit den Zeiten der Reformation* T. IV. p. 531 — 540. Hae lites ansam praebuerunt theologis, qui formulam Concordiae exarabant, prolixius de hoc dicto Paulino pag. 718. ed. Rechenb. exponendi. Sed errasse mihi videntur viri illi in eo, quod sub δικαίῳ apostolum hominem per fidem regenitum intellexisse sumserunt. De hac δικαιοσύνῃ, quae fontem suum habet in fide, h. l. omnino non cogitavit apostolus. Imo est δίκαιος, ut egregie sane Theophylactus ad h. l. monuit, ὃς δι' αὐτὸ τὸ καλὸν τὴν τε πονηρίαν μισεῖ καὶ τὴν ἀρετὴν περιπτύσσεται, „*homo, qui recti et honesti legem sine ullo respectu sequitur*," quae sunt verba *Tittmanni*, τοῦ ἐν ἁγίοις, *Lex. Synon. N. T.* Spec. I, p. VI. Ejusmodi homini ὁ νόμος οὐ κεῖται, nam φύσει τὰ τοῦ

καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατραλῴαις καὶ μητραλῴαις, ἀνδροφόνοις, πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ

νόμου ποιεῖ, quae sunt verba ipsius apostoli Rom. II, 14. Similiter de h. l. disputavit *Moshemius*: „*Es wird*, inquit in commentario ad h. l. p. 127., *unter dem Worte δίκαιος nur ein Mensch gemeint, der sich aller der Handlungen enthält, die sowohl durch das gemeine Recht der Völker, als durch die gesunde Vernunft verdammt werden. — Solchen Leuten, die das Licht der Vernunft brauchen und demselben gehorsamen, sind die zehn Gebote ihrem ersten und wörtlichen Verstande nach nicht gegeben worden.*“ — Data vero est lex divina ἀνόμοις, *impiis*, et ἀνυποτάκτοις, *immorigeris*. Si inter utrumque hoc vocabulum discrimen est statuendum, in eo potissimum constare puto, quod in priori adject. ἄνομος lateat antecedens, in altero vero consequens. Est enim, ut bene observavit *Tittmannus* (*Lex. Synonym. N. T.* Spec. II, p. XV.) ἄνομος, *qui legem non habet* (quare ipsi ethnici vocantur ἄνομοι Act. II, 23. 1 Cor. IX, 21.), deinde *qui legem non curat*. Jam ita legibus divinis spretis homo evadit ἀνυπότακτος, i. e. non obsequitur hominibus, v. c. magistratibus, parentibus, dominis. Similis ratio est in sequentibus, ubi P. primum nominat ἀσεβεῖς et ἀνοσίους, deinde ἁμαρτωλοὺς et βεβήλους. Quomodo ἀσεβὴς et ἀνόσιος inter se differant, docuit Xenoph. in Cyropaed. VIII, 8, 13. verbis: ἀσεβεστέρους περὶ θεοὺς, καὶ ἀνοσιωτέρους περὶ συγγενεῖς. Cf. ibid. VIII, 7, 3. θεοὺς τοὺς ἀεὶ ὄντας φοβούμενοι, μήτε ἀσεβὲς, μήτε ἀνόσιον, μήτε ποιήσητε, μήτε βουλεύσητε, i. e. si proprium utriusque vocabuli significatum spectamus, ne impie (in Deos) et nefarie (in consanguineos) agatis. Si quis plures locos desideret, adeat *Sturzium* in *Lex. Xenophont.* s. v. ἀνόσιος. Nostro tamen in loco sub ἀσεβέσιν et ἀνοσίοις intelligas in universum homines impios et nefarios. — βέβηλοι Graecis scriptoribus sunt *profani* (vid. *Wahl.* in *Clav. N. T.* h. v.). Cf. Hebr. XII, 16., quem ad locum Theophylactus scripsit, βέβηλον esse κοσμικὸν, τὰ πνευματικὰ βεβηλοῦντα καὶ καταπατοῦντα.

V. 10. Per μερισμὸν nunc ostendit P., quibusnam hominibus data sit lex divina: πατραλῴαις καὶ μητραλῴαις etc. — ἀρσενοκοίταις. Inter scriptores ethnicos hujus vitii mentionem fecerunt Plutarch. de Pueror. Educat. XIV, 38. Xenophon de rep. Laced. p. 395. *Steph.* Cf. *Potteri griech. Archaeol.* a. d. Engl. von *Rambach* Vol. II, p. 463. Vide, quae contra hoc vitium homine maxime indignum praecepit Paulus 1 Cor. VI, 9. 1 Thessal. IV, 3—5. Coloss. III, 5. Galat. V, 19. — ἀνδραποδισταὶ, *plagiarii*. Teste Polluce III, 78. est ἀνδραποδιστὴς, ὁ τὸν ἐλεύθερον καταδουλωσάμενος, ἢ τὸν ἀλλότριον οἰκέτην ἀπαγόμενος. Simili modo explicat h. v. Schol. Aristoph. Plut. v. 521., qui etymon simul respiciens scripsit: εἴρηται ἀνδραποδιστὴς παρὰ τὸ ἄνδρα ἀποδίδοσθαι, τουτέστι πωλεῖν. Cf. Intpp. ad Xenoph. Memorr. I, 2, 6. — Adjectivo ἐπίορκος duplex inest notio. Proprie nimirum ἐπιορκεῖν dicuntur, qui saepius et iterato jurant. Jam quum, qui saepius jurant, plerumque perjurium committant, factum est, ut sint ἐπίορκοι vel ii, qui, quod juraverunt, non servant, vel

ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς 11
δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. Καὶ χάριν 12

quī, quod falsum esse norunt, juramento affirmant. Cf. *Raphel. Annot. ex Xenoph.* p. 277. et *Sturz. Lex. Xenoph.* II, p. 304. — Offendit *Schleiermacherus* l. l. p. 94. in verbis: ἡ ὑγιαίνουσα διδασκαλία, contendens, 2 Tim. I, 13. et Tit. II, 1. recte quidem locutum esse apostolum de ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, quibus in locis opponeretur haec *doctrina sana* erroribus, quibus homines quidam tanquam morbis laborarent; hoc vero in loco ὑγιαίνουσαν διδασκαλίαν nihil aliud esse, quam quod nos dicimus: *die gesunde Moral*. At nodum in scirpo quaesivit *Schleiermacherus*. Rectissime P. vocavit h. l. doctrinam suam διδασκαλίαν ὑγιαίνουσαν ad indicandum discrimen, quod intercedat inter doctrinam apostolicam et doctrinam ineptorum νομοδιδασκάλων, in quibus oppugnandis apostolus supra v. 7. versatus erat. Est igitur illa διδασκαλία ὑγιαίνουσα, si sensum spectamus, *doctrina apostolica, eaque verissima*. Cf. *Planck.* l. l. pag. 74. sq. „*Die διδασκαλία musste durch ein beigesetztes Prädikat nothwendig näher bestimmt werden. Kurz vorher war von denen die Rede gewesen*, οἱ θέλουσιν εἶναι νομοδιδάσκαλοι, ἐξετράπησαν δὲ εἰς ματαιολογίαν, *also von Solchen, die offenbar keine λόγους ὑγιαίνοντας vortrugen. Paulus hatte diese noch im Sinne, und setzt in Beziehung auf die διδασκαλία ὑγιαίνουσα.*“ Caeterum cf. Plutarch. de Puer. Educat. IX, 1. „παιδεία ἀδιάφθορος καὶ ὑγιαίνουσα,“ et locos, quos e profanis scriptoribus attulit *Kypkius*.

V. 11. Post ἀντίκειται comma delendum; nam arctissime cohaerent verba: κατὰ τὸ εὐαγγέλιον cum verbis proxime antecedentibus. Fuerunt quidem Intpp, qui referrent verba κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ad versum 9., ita, ut proprie scribendum fuisset: εἰδὼς τοῦτο, ὅτι κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται. Sed apostolum ita verba disjunxisse, nunquam mihi persuadebo. Imo ad illam ὑγιαίνουσαν διδασκαλίαν pertinere videntur verba: κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ, et indicant quidem haec verba, qua ratione illa διδασκαλία sit ὑγιαίνουσα, quia nimirum conspiret cum εὐαγγελίῳ Θεοῦ. Ita jam Theophylactus cepit hunc locum, ante v. κατὰ τὸ εὐαγγέλιον supplens: τῇ οὔσῃ. Non opus igitur est conjectura *Pricaei*, qui legendum suasit: καὶ τῷ εὐαγγελίῳ. Vid. *Wolf.* in *Curis* ad h. l. — εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, *evangelium, in quo gloria Dei apparet*. Cf. 2 Cor. IV, 4., ubi legantur verba: τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. Vid. S. V. *Wahlius* in *Clav.* I, p. 645. ed. 2. — μακάριος h. l. vocatur Deus; est enim Θεὸς αὐτομακαριότης, ἐν ᾧ οὐδὲν λυπηρὸν καὶ ἀηδὲς, quae sunt verba Theophylacti ad 1 Tim. VI, 15. Eodem modo utebantur Latini adjectivo *beatus*, de quo Cicero Tuscul. Quaest. V, 10. ita scribit: „*Nec ulla alia huic verbo, cum beatum dicimus, subjuncta est notio, nisi secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio.*“ — ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ, pro: ὃ πεπιστευμένον ἔχω, *quod mihi concreditum est*. Satis frequens est haec constructio. Vid. *Fritzsche* in Matth. XI, 5. *Winer. Gr. N. T.* p. 213. ed. 3. et *Wahl.* in *Clav.* T. II, p. 320.

V. 12. Καὶ χάριν ἔχω etc. *Et gratias persolvo Christo Jesu, domino nostro, qui me dignum censuit, qui admoveret numeri, et*

ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν,
13 ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν, τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν· ἀλλ'

ita viribus me instruxit, quamvis antea fueram maledicus in religionem Christianam et Christianorum insectator et contemtor. En animum apostoli demissum, sibi nihil, Deo omnia tribuentem. Injecerat mentionem vocationis suae, et statim ad gratiarum actiones Deo praestandas fertur animus. Gratias vero agit Christo Jesu (vides, apostolo voc. χριστὸς esse merum nomen proprium; vid. *Winer. Gramm. N. T.* p. 98.), quia ipsum ἐνεδυνάμωσεν, i. e. *novis prorsus viribus instruxit*, quibus opus erat ad διακονίαν. Ne haec de singulis quibusdam virtutibus in apostolo conspicuis intelligas, sed potius de animi illa vi, qua ad evangelium vere et sine timore praedicandum opus erat. Chrysostomus locum intellexit de calamitatibus illis, in quibus perferendis magnum ostenderit animum apostolus. Scripsit nimirum ad h. l. ita: Τί δέ ἐστι, τῷ ἐνδυναμώσαντί με; ἄκουε. φορτίον ὑπῆλθε μέγα καὶ πολλῆς ἐδεῖτο τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, ὅσον ἦν πρὸς καθημερινὰς ὕβρεις, λοιδορίας, ἐπιβουλὰς, κινδύνους, σκώμματα, ὀνείδη, θανάτους ἵστασθαι, καὶ μὴ ἀποκάμνειν, μηδὲ ὀλισθαίνειν, μηδὲ περιτρέπεσθαι, ἀλλὰ πάντοθεν βαλλόμενον μυρίοις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῖς βέλεσιν, ἀτενὲς ἔχοντα τὸ ὄμμα ἱστάναι καὶ ἀκατάπληκτον. τοῦτο οὐκ ἦν ἀνθρωπίνης ἰσχύος. — Cur vero gratias agat Jesu Christo, in sequentibus addit apostolus, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν, quia fidum me existimavit, dum ad munus apostolicum me adscivit. Quod mihi διακονίαν demandavit, eo simul declaravit, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο. Ita resolvendum est partic. θέμενος. Vid. *Winer. Gr. N. T.* pag. 286. Verba πιστόν με ἡγήσατο recte vertit *Lutherus*: *er achtete mich treu.* Quum enim in N. T. πιστὸς saepe sit *is, qui stat promissis*, unde adeo de Deo ipso non semel legimus verba: πιστὸς ὁ Θεὸς, sponte patet, nostro loco huncce inesse sensum: *Existimavit Jesus, me omnibus officiis, quae mihi munus apostolicum imponat, summa religione esse satisfacturum.* De constructione verbi τιθέναι cum praepositione εἰς, quae constructio sane Hebraica est, — שׂוּם vel נָתַן לְ Genes. XLV, 9. Exod. II, 14. Jes. XLIX, 6. — vid. *Wahl.* l. l. I, p. 434. et *Planck.* l. l. pag. 23.

V. 13. Et haec quidem beneficia, quorum h. l. recordatur, in apostolo gratissimi animi sensus movere debebant, quia antea fuerat βλάσφημος καὶ διώκτης καὶ ὑβριστής. En iterum exemplum hominis vere Christiani, quem pudet quidem priorum peccatorum, qui tamen ea nequaquam celat, sed Christo e vitiorum tenebris ipsum liberanti non potest non gratias persolvere summas. Jam libere fatetur apostolus, se antea fuisse βλάσφημον, se conviciis proscidisse religionem Christianam ejusque auctorem vere divinum. Nam βλασφημία Graecis est teste Suida: ἡ εἰς Θεὸν ὕβρις. Cf. Jes. Sirac. III, 16. ὡς βλάσφημος ὁ καταλιπὼν πατέρα, quibus verbis plerumque male ab Intpp. explicitis indicatur, eum, qui patrem deserat, in Deum ipsum impie agere. — At P. non dictis tantum, sed etiam factis furuerat in Christianos; fuerat διώκτης, *persecutor.* Semel tantum in N. T. occurrit haec vox,

ηλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ. Ὑπερεπλεόνασε 14
δὲ ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης
τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀπο- 15
δοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον

quod *Schleiermacherus* l. l. p. 34., cui hoc voc. paulo durius visum est, non sane mirari debebat. Cf. *Planck.* l. l. p. 23. et Galat. I, 13., ubi P. de se ipse dicit: *καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.*— Deinde se *ὑβριστὴν* antea fuisse P. dicit, i. e. *se contumeliose antea tractasse et injuriis affecisse Christianos.* „*Sunt enim ὑβρισταὶ, insolentes, qui prae superbia non solum contemnunt alios, sed etiam contumeliose tractant, et injuriis afficiunt, qui superbiam factis exserunt.*“ Verba *Tittmanni Lex. Syn. N. T.* Spec. IV. Cf. *Perizon.* ad Aelian. V. H. IV, 15. et *Wetsten.* ad Rom. I, 30. — Pergit nunc: *Quamvis talis eram in Christianos, tamen ἠλεήθην, veniam nactus sum gravissimorum peccatorum; mir ist Barmherzigkeit widerfahren, ut egregie vertit Lutherus. Nam ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ, ita agi inscius, dum aberam (ἐν) a vera fide.* Cf. *Winer. Gr. N. T.* p. 330.

V. 14. Sed major etiam, inquit, fuit in me misericordia; non solum veniam nactus sum, sed adeo *ὑπερεπλεόνασε ἡ χάρις τοῦ κυρίου. Millius* unius Cod. auctoritate non debebat eo adduci, ut in v. *ὑπερεπλεόνασε* deleret praepositionem *ὑπέρ* (Vid. *Wolf.* in *Cur.* ad h. l.); imo P. satis luculenter indicat verbo *ὑπερπλεονάζειν*, se praeter priora illa beneficia, de quibus paulo ante locutus erat, *insuper etiam insignibus beneficiis ornatum esse.* Cf. Rom. V, 20. Quibus in rebus constiterint illa beneficia, praedicat P. sequentibus verbis: *μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης*, quibus indicatur, *πίστιν καὶ ἀγάπην* quasi comites fuisse illius *χάριτος*. Haec enim praepos. *μετὰ* cum secundo casu constructae est vis et potestas, ut arctissimam conjunctionem unius rei cum altera indicet. Cf. *Wahl. Cl. N. T.* II, p. 79. *Winer.* l. l. p. 323. Nominat autem h. l. Paulus *πίστιν καὶ ἀγάπην*, summa hominis Christiani ornamenta et decora, ut pateat, se ineffabili servatoris gratia non solum esse conversum, sed etiam *εἰς τελειότητα ἀνδρὸς, εἰς μέτρον ἡλικίας* pervenisse.

V. 15. Jam vero quum tam gravia atque insignia in me redundaverint beneficia, pergit P., ipse ego satis habeo exploratum atque expertum, *ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι.* Vocat hanc doctrinam *λόγον πιστὸν*, i. e. *verum, certissimum.* Hanc significationem inesse adjectivo *πιστὸς*, videmus ex Iliad. II, 124. *ὄρκια πιστὰ ταμόντες.* Locorum aliorum farraginem collegit ex Polybio et Arriano Raphel. in Annotat. philol. p. 592. Cf. LXX Intpp. Psalm. XVIII, 8. *ἡ μαρτυρία κυρίου πιστή*, et *Schleusner. in Nov. Thes. philol. crit.* s. h. v. — *πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος.* Sane semel tantum haec formula legitur in N. T., et utitur aliis in locis apostolus adjectivo *ἀπόδεκτος.* Sed erat voc. *ἀποδοχὴ* apud seriores scriptores admodum in usu, quod videre est ex Raphelio locorum nubem e Polybio colligente. Immerito igitur offendebat *Schleiermacherus* l. l. pag. 35. in hoc vocabulo, ut docuit *Planck.* l. l. p. 24.

16 ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· ἀλλὰ διὰ τοῦτο
ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς
τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων
17 πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν
αἰώνων, ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ, τιμὴ καὶ

V. 16. *Ἵνα ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν*, i. e. *summam clementiam*. Plerumque articulus postponitur vocabulo *πᾶς*; sed profanis etiam scriptoribus non plane insuitatam fuisse hanc articuli transpositionem, docuit jam *Raphel.*, qui ex Polybio hunc citavit locum: *τὸ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζόμενον εἰς τὸ θεῖον ἀσεβεῖν τῆς πάσης ἀλογιστίας ἐστὶ σημεῖον.* Act. XXVII, 37. *αἱ πᾶσαι ψυχαί.* Cf. *Planck.* l. l. p. 24.— *πρὸς ὑποτύπωσιν, ad institutionem* eorum, qui in eum credituri sunt. Offendit in voce *ὑποτύπωσις Schleierm.* l. l. p. 95., et opinatur, hoc vocabulum ex 2 Tim I, 13. a nequissimo compilatore et quidem ineptissime huc esse translatam; nam vocis notionem, quam ibi habeat, a nostro loco esse alienissimam. Hoc quidem verissimum. Nam mihi certe notio *delineationis* (quae ineat loco 2 Tim. I, 13.) hic minime locum habere videtur. Quid vero impedit, quo minus sequamur interpretationem Graecorum interpretum unanimi fere consensu voc. *ὑποτύπωσις* per *σημεῖον*, *exemplum*, reddentium, seu potius huic voci tribuamus *institutionis* significatum, quem ei adstruxit certe *Valesius* ad Euseb. H. Eccl. T. II, p. 62. ed. *Heinichen.* Sumitur hoc sensu haec vox, ut ait *Valesius* l. l., in Concilio Nicaeno secundo, ubi patres de quibusdam sententiis sacrae scripturae pronuntiant, eas esse *εἰς ἡμετέραν ὑποτύπωσιν.* Quidni eadem ratione nostro in loco capiamus h. v.? Sensus tunc est hicce: Christus summa in me fuit clementia, ut (meo exemplo) instituerentur omnes ii, qui olim fidem Christianam recipient. Ego ipse iis possum institutioni esse, ut discant, vel summo peccatori ad Christum aditum patere. — *πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ.* Male, me quidem arbitro, vertunt haec verba: *in Christum credere*; est potius *πιστεύειν ἐπί τινι*, *omnem fiduciam in aliquo collocare.* Cf. *Wahl. Clav.* II, 319. *Vorst. de Hebraism.* p. 668. sqq. ed. *Fisch.* Rom. 9, 33. Luc. 24, 25. 1 Petr. 2, 6. Rom. 10, 11. Jam Paulus, quamvis *πρῶτος ἁμαρτωλῶν*, quia omnem in Christo fiduciam collocaverat, *ὑποτύπωσις* esse poterat *τοῖς μέλλουσι πιστεύειν ἐπὶ Χριστῷ.* — Addit *εἰς ζωὴν αἰώνιον.* Illud *πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ* causa est, cur illam felicitatem aeternam nanciscantur. Vid. *Heydenreich.* ad h. l.

V. 17. Jam quum apostolus in antecedentibus de summis illis beneficiis divina gratia acceptis locutus esset, nemo profecto mirabitur, eum in summas laudes statori atque conservatori omnis felicitatis tribuendas nunc erumpere. Nuncupat vero Deum statim ab initio *τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων*, *regem totius mundi.* Vid. LXX Exod. XV, 18. *κύριος βασιλεύων τὸν αἰῶνα*, quo tamen de loco vid. *b. Schleusner.* in *N. Thes.* s. v. *αἰών.* coll. Tob. XIII, 6. *ὑψώσατε τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων.* Simillime etiam dixit Euseb. de Laud. Constant. cap. VI, p. 431. ed. *Mein.* *τὸν πατέρα γινώσκειν τὸν ἐπουράνιον, καὶ τὸν μέγαν τοῦ σύμπαντος αἰῶνος*

δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν. Ταύτην τὴν 18
παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι, τέκνον Τιμόθεε, κατὰ τὰς
προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας, ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς

βασιλέα γεραίρειν ὕμνοις. et p. 452. θεός τε εἷς αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων βασιλεύς. Interpretes, qui apostolum ad Essenorum respexisse aeones opinati sunt, vere ineptiverunt. Vid. *Wolf.* in *Cur.* et *Heydenreich.* ad h. l. — ἀφθάρτῳ sejungenda videtur haec vox a βασιλεῖ. Unus tantum Codex habet ἀθανάτῳ, ut annotavit *Wolf.* in *Cur.* ad h. l. Sed Rom. I, 23. commemorat idem apostolus τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ. — ἀόρατος, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, quae sunt verba Pauli cap. VI, 16. — μόνῳ σοφῷ Θεῷ. Cf. Intpp. ad Rom. XVI, 27. *Millius* quidem putabat, vocem σοφῷ ex illo epistolae ad Romanos loco (I, 23.) huc esse translatam, quia desit σοφῷ ex duobus codd. et aliquot versionibus. Inepte, si quid video. Nam plurimi sane libri manuscripti tuentur illud σοφῷ, et facile concludi potest, ex causis dogmaticis expunctam esse vocem σοφῷ. Tali vero Deo sit τιμὴ καὶ δόξα, *summa laus et gloria*, — εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *in sempiternum.* לְעוֹלָם עוֹלָמִים. Cf. *Vorst. de Hebr.* p. 328. et *Wahl. Cl.* I, p. 30. — Totum comma 17. continet doxologiam Judaeis solemnem. Cf. Gen. IX, 26. XIV, 20. XXIV, 27. 31. Hanc ipsam ob causam addidit etiam vocalam ἀμήν, quam Hebraei addere solebant doxologiis suis.

V. 18. Varias Intpp. de hoc commate protulerunt sententias et ex parte satis miras. Imprimis torserunt Intpp. verba illa: κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας. Quid, quaeso, sunt h. l. προφητεῖαι? Chrysostomus intellexit hoc vocabulum de munere doctoris evangelii; sed tale munus προάγον ἐπί τινα dici posse, nemo facile probabit. Veri sane similior eorum est sententia, qui de admonitione aliqua Timotheo facta, quum munus suum auspicaretur, dictum esse προφητείας vocabulum sibi persuadent. Viri Docti, qui ita locum interpretati sunt, ita fere suam interpretationem defendere studebant: „Προφῆται, ut satis notum est, saepius in primitiva ecclesia dicebantur doctores in universum. Hinc προφητεία interdum nihil aliud est, quam *doctrina*, sive sermo ad religionem spectans et afflatu divino enuntiatus. Cf. 1 Thess. V, 20. Fortassis ejusmodi προφητεῖαι, cohortationes, admonitiones a quibusdam hominibus, spiritu divino actis, Timotheo quoque, quum munus suum suscepisset, datae erant ἵνα στρατεύηται τὴν καλὴν στρατείαν.“ Fuit haec de h. l. sententia jam *Moshemio*, qui in libro: *Erklärung der beiden Br. a. d. Timotheus.* p. 169. ita scribit: *Da Timotheus zum Diener des Evangeliums sollte angenommen werden, erweckte der Herr einen oder etliche Propheten in der Gemeine zu Lystra, die ihn in seinem Namen lehren mussten, wie er sein Amt führen sollte, und zugleich ermahnen, dass er unerschrocken und freudig den Feinden und Verfälschern der göttlichen Wahrheit sich entgegensetzen möchte. Auf diesen prophetischen Unterricht verweist der Apostel den Timotheus nicht nur deswegen, damit er um so williger seiner Ermahnung gehorchen, sondern auch darum, damit er denselben stets vor Augen haben und zu einer beständigen Ermunterung bei den Beschwerlichkeiten seines Amtes*

19 τὴν καλὴν στρατείαν, ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, ἣν τινες ἀπωσάμενοι περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν· 20 ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος· οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν.

brauchen möchte." Cf. quae idem magnus superioris aevi theologus scripsit in *Dissertatt. ad historiam eccles. pertinentium* Vol. II, p. 206. Non infitior, me quoque primum huic locum interpretandi rationi favisse. Quo diutius vero de loco cogitavi, eo magis proprio προφητείας significatui insistendum esse persuasus sum. Erant nempe etiam in Christiana ecclesia apostolorum aevo προφῆται, homines laetum nuntium de futuro afferentes. Vid. *Neander, Gesch. der Pflanzung der christl. Kirche* T. I, p. 116. Tales forte prophetae adfuerant quoque Timotheo munus suum auspicanti et bona quaevis de Timothei praeconio evangelii, laboribus, vita augurati erant. Haec igitur bona auguria in mentem revocat nunc P. suo Timotheo, ut ne ea sua agendi ratione irrita reddat. — Caeterum bene monuit *Heydenreichius*, praepositionem κατὰ ad παρατίθεμαι esse referendam: *Berechtigt durch* (*in Beziehung auf*) *jene prophetischen Aussprüche ermahne ich dich.* — Vocat apostolus προφητείας illas προαγούσας, i. e. *antecedentes, priores.* Cf. Hebr. VII, 18., ubi de ἐντολῇ προαγούσῃ loquitur apostolus. — Jam qualis sit illa παραγγελία, edicit verbis: ἵνα στρατεύῃ τὴν καλὴν στρατείαν, *ut boni militis instar strenue tua provincia defungaris.* Utitur imagine satis frequentata. Vide *Raphel.* in *Annotat. ex Xenoph.* ad h. l. p. 277.

V. 19. ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, *firmiter servans fidem* etc. Indicant haec verba qua in re illa καλὴ στρατεία consistat. Prolixius de hac verbi ἔχειν significatione disseruimus infra ad c. III, 9. Hanc συνείδησιν ἀγαθὴν nonnulli ecclesiae doctores rejicientes ipsius fidei jacturam fecerant. De usu verbi ἀπωθεῖσθαι cf. *Wetsten.* ad Rom. XI, 1., ubi legitur μὴ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, et Act. XIII, 46. dicitur: ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε τὸν λόγον. Facile vero apparet, in his posterioribus locis verbum ἀπωθεῖσθαι usurpari de rebus externis, quum tamen nostro in loco de re interna, de συνειδήσει, usurpetur (vid. *Schleierm.* l. l. p. 36.). Occurrunt tamen apud LXX Intpp. loci, in quibus etiam de rebus internis dicitur, v. c. Ezech. XLIII, 9. ἀπωσάσθωσαν τὴν πορνείαν αὐτῶν. Proverbb. XXIII, 23. καὶ μὴ ἀπώσῃ σοφίαν καὶ παίδειαν καὶ σύνεσιν. Hos. IV, 6. ὅτι ἐπέγνωσιν ἀπώσω σύ. (Cf. *Schleusn. Nov. Thes.* h. v.) Ita Paulum dixisse ἀπωθεῖσθαι τὴν συνείδησιν, mirari non possumus. Vid. *Planck.* l. l. p. 25. sq. — περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν, *naufragium in causa fidei passi sunt.* Imago satis est usitata. Cicero etiam loquitur de *fortunarum naufragio.* Quid vero in mente habeat apostolus, de eo sane disceptatur. Forsitan indigitat ecclesiae doctores, qui morum ferocia dehonestati veram simul fidem amiserant. Nam sicut fides honestatis vitae est genitrix, ita contra alitur illa fides morum castitate et vitae integritate.

V. 20. ὧν ἐστιν — βλασφημεῖν. *E quorum numero est Hymenaeus et Alexander, quos Satanae tradidi, quo conviciari de-*

suefierent. Multum quaesiverunt Interpp., utrum Hymenaeus et Alexander, qui hic ab apostolo commemorantur, iidem sint, quos Paulus in altera ad Timotheum epistola nominat. Ibi nimirum Hymenaei fit mentio cap. II, v. 17. una cum Phileto. Alexander vero quidam commemoratur cap. IV, 14. addito cognomine ὁ χαλκεύς. Et plurimi quidem interpretes in eo sane consentiunt, Hymenaeum et Alexandrum, qui hic nominantur, non differre ab iis, quibus in altera epistola ad Timotheum mentio ab apostolo injicitur. Mihi secus videtur. Non refragabor quidem iis, qui de uno eodemque Hymenaeo et h. l. et 2 Tim. II, 17. cogitant, nam utroque loco tanquam homo falsis doctrinis favens ab apostolo Hymenaeus designatur. Et facile, quamvis Paulus hunc Hymenaeum Satanae tradiderat, fieri potuit, ut idem vir pluribus annis post suas sententias falsas et noxias Ephesi spargeret. Vid. quae *Planckius* l. l. pag. 85. sq. hac de re contra *Schleiermacherum* monuit. At quid de Alexandro ait Paulus in altera epistola cap. IV, 14.? Describit eum tanquam hominem sibi maxime infestum his verbis: Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. Addit quidem v. 15. verba: λίαν ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις, inde vero ne efficitur quidem, Alexandrum illum fuisse Christianum, multo minus eum doctrinas falsas sparsisse. Fuerunt adeo, qui contenderent, hunc Alexandrum, quem vocat τὸν χαλκέα, non diversum fuisse ab illo, cujus mentionem facit Lucas Act. XIX, 33. At nec hoc certo potest demonstrari. Imo satis probabile fit, illum Alexandrum, qui in altera epistola commemoratur, non Ephesi, sed Romae apostolum persecutum esse, et deinde demum Ephesum commigrasse. Et quid impedit, quo minus Alexandrum illum in altera epistola diversum esse ab illo, qui hic nominatur, sumamus, quum nomen Alexandri satis vulgare fuisse illo tempore constet? Neque opus erat illos homines accuratius describere; Timotheus enim eos satis noverat. — Quod ad phrasin illam: παραδιδόναι τῷ Σατανᾷ attinet, bene docuerunt et *Wegscheiderus* et *Heydenreichius* ad h. l., significare eam: *ex Christianorum societate excludere.* Hanc tamen formulam jam apud Judaeos in usu fuisse, ubi excludendi fuissent homines ex ecclesiae communione, bene ostendit *Lightfoot Hor. Hebr.* p. 175. sqq. probari non posse. Caeterum digna sunt *Calvini* verba, quae huc transscribantur: „*Sunt, qui interpretentur, extraordinariis flagellis fuisse coercitos Hymenaeum et Alexandrum; idque referunt ad* δύναμιν, *cujus meminit Paulus* 1 Cor. 12, 28. *Nam ut dono sanationis praediti erant apostoli ad testandam erga pios Dei gratiam et beneficentiam, ita adversus impios et rebelles armati erant potentia, vel ut vexandos diabolo traderent, vel ut aliis flagellis in eos animadverterent. — At mihi de excommunicatione explicare magis placet: nam ut credamus aliter quam excommunicatione castigatum fuisse Corinthium illum incestum* (1 Cor. 5, 5.), *nulla probabilis conjectura affertur. Si autem illum excommunicando Satanae tradidit Paulus, cur non eadem loquutio idem hic valebit?*“ — ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. Non puto, proprie intelligenda esse haec verba. *Nocendi* potius facultas eripiebatur istis hominibus publica infamia notatis, quia nunc omnes ab eorum consuetudine abhorrebant. Vid. *Calvinus* ad h. l.

1 *Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώ-*

Cap. II. ℣. 1. Multum quaesiverunt VV. DD. de nexu, qui inter caput primum et secundum intercedat. Et *Schleiermacherus* quidem in libro saepius excitato p. 175. ullum h. l. inter verba sequentia et antecedentia esse nexum negat et pernegat, recte simul monens, voculam *οὖν* meram transeundi particulam esse non posse. Ideo tamen neque hoc loco neque aliis similibus eo debebat perduci, ut consarcinata esse singula epistolae capita ex variis pannis arbitraretur. Imo primum circumspiciendum erit, an non fortassis in antecedentibus adsint, quibuscum nostrum caput facile copuletur. Et haec sane invenisse mihi videor. Adhortatus erat nimirum paulo ante Paulus Timotheum amicissimum, ut *στρατεύηται τὴν καλὴν στρατείαν*, quibus verbis, si sensum spectamus, nihil aliud indicatur, quam summa in munere doctoris observanda cura. Nunc jam affert exemplum illius *καλῆς στρατείας*. Suadet nimirum Timotheo, ut preces fieri a Christianis sibi subditis ante omnia curet. Patet igitur, illud *οὖν* sane non esse otiosum, neque meram esse transeundi particulam, sed arctissime nectere antecedentia cum subsequentibus verbis. Aliter nexum inter initium capitis II. et finem capitis I. constituit *Calvinus*, qui ad verba *παρακαλῶ οὖν* haec scripsit: „*Haec pietatis exercitia continent nos atque etiam conservant in sincero cultu Dei ac timore, foventque bonam conscientiam, de qua dixerat. Quare non abs re illativa particula utitur, quia ex superiore praecepto exhortationes istae pendent.*“— *δεήσεις*. Omnes hic cumulavit ap. voces, quibus precationis significatio inest. Nonnulli quidem satis subtiliter inter has voces distinxerunt, sed non anxie discrimen quaerendum videtur, quamquam hoc facile quivis largietur, duas priores voces notare *precationes*, tertiam *deprecationes*, quartam denique *gratiarum actiones*. Satis difficulter de horum vocabulorum discrimine statui posse, jam observavit Augustinus ep. 59., quem locum excitavit *Heydenreichius*: „*Illa plane difficillime discernuntur, ubi ad Timotheum scribens ait: obsecro itaque, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones. Secundum graecum enim eloquium discernenda sunt. Nam nostri interpretes vix inveniuntur, qui ea diligenter et scienter transferre curaverint. Orationes, quas Graecus habet προσευχὰς, a precibus vel precationibus distinguere omnino difficile est. — Cum igitur et qui precatur, oret, et qui orat, precetur, et qui interpellat Deum, ad hoc interpellet, ut oret et precetur: quid sibi vult, quod ista ita posuit Apostolus, ut non sit eorum negligenda distinctio? Excepto igitur nomine generali et salva loquendi consuetudine, secundum quam dicas sive precationem, sive orationem, sive interpellationem vel postulationem, una eademque res intelligitur; aliqua etiam singulorum istorum proprietas inquirenda est, sed ad eam liquido pervenire difficile est.*“— Praepositio *ὑπὲρ* non tantum ad voc. *ἐντεύξεις* pertinet, sed etiam ad *δεήσεις*, *προσευχὰς*, *εὐχαριστίας*. Sunt autem *ἐντεύξεις ὑπέρ τίνος preces*, *quae in alicujus commodum fiunt*, ut nos dicimus: *für jemanden bitten*. Vid. *Winer. Gr. N. T.* p. 328. In explicanda voce *ἐντεύξεως* mire hallucinati sunt patres veteres, imprimis Theodoretus et Oecumenius, qui sub hac voce intelligunt *κατηγορίαν τῶν ἀδικούντων*. At vero *ἐντυγχάνειν τινὶ κατά τινος* est: *aliquem accusare*, quum

πων· ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων· ἵ
ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ
καὶ σεμνότητι. Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον 3

contra ἐντυγχ. τινὶ ὑπέρ τινος sit: *pro aliquo intercedere.* Ergo ἔντευξις est h. l. *deprecatio*; nam sequitur statim praepositio ὑπέρ. Caeterum cf. Euseb. Hist. Eccles. IV, 12. p. 325. ed. *Heinichen.*, ubi leguntur verba: Ἰουστῖνος — τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν ποιοῦμαι. Vid. *Alberti* ad Hesych. Lex. I, 1261. — Non immerito vero hanc legem apostolus primam omnium (πρῶτον πάντων) scripsit; nam precibus publicis fundendis apprime, se injuria odii generis humani (vid. Tacit. Annal. XV, 44.) inculpari, ostendebant Christiani. Et inest sane simul illi adhortationi ad preces faciendas gravissimum ad mutuum amorem incitamentum; nemo enim potest, ut ait Chrysostomus, πρὸς τοῦτον ἀπεχθῶς ἔχειν, ὑπὲρ οὗ δεήσεις ποιεῖται. Et obsecutos quidem esse primitivae ecclesiae asseclas ejusmodi apostolorum praeceptis, bene intelligimus ex Tertulliani Apologet. c. XXX., ubi haec leguntur verba: „*Precantes sumus omnes semper pro omnibus imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, et quaecunque hominis et Caesaris vota sunt.*“

V. 2. Βασιλέων nomine insigniebantur saepe imperatores Romani, quod videre est ex Herodiano, qui *regis* nomen non semel tribuit his imperatoribus (vid. Herod. VIII, 8, 6. τοὺς ἀπὸ Συγκλήτου βασιλέας). In N. T. hoc sensu praeter nostrum locum occurrit voc. βασιλεὺς tantum 1 Petr. II, 17. Alii putant, Paulum h. l. in mente habere procuratores provinciarum. — Οἱ ἐν ὑπεροχῇ ὄντες sunt in universum *magistratus.* Sic 2 Maccab. VI, 23. leguntur verba: ἀνδρὸς ἐν ὑπεροχῇ κειμένου. Cf. III, 11. — Causam nunc addit apostolus, cur velit, ut preces indefessae fiant pro regibus et magistratibus, nimirum ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν. Egregie *Luthetus: dass wir ein geruhiges und stilles Leben führen mögen.* De discrimine adjectivorum ἤρεμος et ἡσύχιος luculenter disputavit b. *Tittmannus Lex. Synon. N. T.* Spec. IV. et statuit quidem, ita inter se differre has voces, ut sit ἡσύχιος, qui nullas turbas facit, ἤρεμος autem, qui ipse ab agitatione turbisque alienus est. Talem vero vitam precibus pro magistratibus fusis ati, facile patet. Qui enim Deum precatur, ut magistratibus faustissima quaevis largiatur, is sine dubio erit ἡσύχιος, neque unquam in eo seditionis movendae studium exardescet; qui vero turbas non movet, simul διάγει βίον ἤρεμον, placebit enim magistratibus, neque eos ad iram incitabit. Ejusmodi vero homo, qui pro aliis preces facit, non solum quietam vitam aget, sed etiam vitam deget ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, *cum pietate et gravitate conjunctam.* Σεμνὰ enim graecis scriptoribus sunt omnia ea, quae hominem non dedecent. Sic v. c. dicit Aeschin. Socrat. III, 12. οὐ γὰρ ἐφαινετό μοι σεμνὸν, i. e. non satis dignum mihi videbatur persona τοῦ ἐπιτάτου.

V. 3. Hic versus arcte jungendus cum primo commate. Τοῦτο γὰρ (scilicet tales preces, quae sunt fons vitae ἐν εὐσεβείᾳ καὶ

4 τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει
5 σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Εἷς γὰρ
Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος
6 Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάν-

σεμνότητι actae, fundere) καλόν, *hoc enim laudabile est.* Ita vertendum puto adjectivum καλός. Vid. locos a *Sturzio* laudatos in *Lex. Xenoph.* II, 641. *Wahlius* in *Cl. N. T.* I, 550. jungit καλὸν καὶ ἀπόδεκτον. Mihi tamen hic potius sensus inesse videtur: *Denn das ist löblich* (sc. *vor Menschen*) *und angenehm vor Gott* etc. Cf. etiam *Heydenreich.* ad h. l.

V. 4. Nomine σωτῆρος admonitus delabitur apostolus ad sequens illud effatum: ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, *qui vult, ut omnes homines salutem consequantur, et ad veritatis scientiam perveniant.* ἀλήθεια est h. l. *veritas Christiana.* Chrysostomus: ἀληθείας· ποίας; τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως. Cf. *Wegscheiderus* ad h. l. Verba reliqua satis sunt expedita.

V. 5. Hunc versum causam alteram continere opinor, cur Paulus, ut pro omnibus omnino hominibus preces funderentur, voluerit. Quia nimirum unus est Deus et unus μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, qui se pro omnibus tanquam ἀντίλυτρον dedit, mutua nobis invicem debemus officia, vinculis arctissimis invicem sumus juncti, et preces ergo etiam pro aliis facere nostrum est. Haec mihi certe loci ratio esse videtur. — μεσίτης. Uno vocabulo exprimit omnia ea apostolus, quae dixerat Ephes. II, 14.: ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας. Notandum tamen, quod recte monuit *Schleiermacherus* l. l. p. 177., Jesum Christum hoc uno tantum in loco simpliciter appellari μεσίτην, quum alias semper respectu illius καινῆς διαθήκης, quam inter homines Deumque pepigerit, hoc nomine insigniatur. Vid. Hebr. VIII, 6. IX, 15. XII, 24.

V. 6. Jam factus est Christus μεσίτης, quia se dedit ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. Vid. *Schleusner. Nov. Thes.* I, p. 305., qui monet, incertum interpretem, fortasse Symmachum, usum esse vocabulo ἀντίλυτρον Psalm. XLVIII, 9. In N. T. praeter nostrum locum non reperitur. Construitur cum praepositione ὑπὲρ, qua indicatur, Christum sese tradidisse *redemtionis pretium in commodum omnium.* Egerunt de hac hujus praepositionis vi atque potestate *Winer.* in *Gr. N. T.* p. 328. et *Wahl.* in *Clav.* s. h. v. Aliis in locis λύτρον conjungitur cum praepos. ἀντὶ, qua indicatur, Christum illud pretium persolvisse, quod proprie homines ipsi solvere debuissent, ergo: *loco* hominum poenas luisse. Vid. Matth. XX, 28. Marc. X, 45. — τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις pro: ὅ ἐστι μαρτύριον τοῦ Θεοῦ κ. τ. λ. Inest huic loco appositio satis nota, quae non ad simplex vocabulum, sed ad totam sententiam pertinet. Latinos quoque tali appositione usos esse, bene docuit *Ramshorn. Lateinische Grammatik* p. 296. Cf. *Winer.* l. l. pag. 300. seq. Quid porro sit μαρτύριον, multis quaesiverunt interpretes. Non satis recte vertit *Lutherus* totam phra-

των, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις· εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ 7
κήρυξ καὶ ἀπόστολος, (ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ,
οὐ ψεύδομαι,) διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ.
Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας, ἐν παντὶ τόπῳ 8

sin: *dass solches zu seiner Zeit geprediget werde;* nam μαρτύριον nullo modo praedicationem evangelii potest significare. Imo subsistamus in simplici *testimonii* notione. Quae Christus, inquit apostolus, ad homines servandos fecit, ea sunt ipsius Dei testimonium. Quid vero testatus est Deus eo, quod Jesum Christum mori passus est? Quid aliud, quam amorem suum in genus humanum plane incomparabilem? Male *Planck.* l. l. p. 152. *Heinrichsium* secutus haec verba de impletis prophetarum effatis intellexit. — Hoc tamen testimonium edere voluit καιροῖς ἰδίοις, *tempore ab ipso constituto*, sive: *tempore congruenti*, τοῖς προσήκουσι καιροῖς, quae est explicatio Chrysostomi homil. VII. Locos ex Polybio citavit *Raphel.* p. 601. Optime ipse Paulus haec verba explicuit Galat. IV, 4.: ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ κ. τ. λ.)

V. 7. Ut autem illud μαρτύριον τοῦ Θεοῦ reliquis etiam gentibus notum fieret, ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ κ. τ. λ. Verba εἰς ὃ ἐτέθην plures interpretes induxerunt, ut vocem μαρτύριον de doctrina evangelica interpretarentur; quod tamen non opus est. Conferamus modo ea, quae Paulus 1 Cor. II, 1. dicit: ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου, ἢ σοφίας καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ, quibus in verbis apostolus etiam non de annuntiatione doctrinae evangelicae, sed de praedicatione omnium eorum loquitur, quae Deus per Christum fecit. De usu verbi τίθεμαι h. l. vid. *Viger. de Idiot.* p. 258. b. — Jam quum multi illius aevi Christiani dubitarent, num Paulus revera pro apostolo habendus sit, addit verba, quae recte uncis includi curavit *Heinrichsius*, ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, *per Christum veritatem loquor.* Ita vertenda sunt verba priora; nam praepositio ἐν in ejusmodi formulis inservit jurijurando. Cf. *Vorstius de Hebraism.* p. 663. sq. ed. *Fisch.* et *Kuinoel* ad Matth. V, 34. In quo Matthaei loco est quidem ὀμόσαι; at ἀλήθειαν λέγω est pari modo, si non jurandi, certe affirmandi formula. — Porro se nuncupat apostolus διδάσκαλον ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Inservit h. l. praepositio ἐν periphrasi adjectivi, de quo hujus praepositionis usu agit *Winer.* l. l. p. 358., ita ut verba ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ posita sint pro πιστὸς καὶ ἀληθινός. Eandem explicationem horum verborum exhibuit *Grotius.* Et quamquam dura videtur haec explicatio *Heydenreichio*, durior tamen certe ea est, quam ipse proposuit, ex qua verba resolvenda essent per: διδ. ἐθνῶν ἐν τῇ πίστει τῇ ἀληθινῇ.

V. 8. „*Pendet haec illatio*, inquit *Calvinus*, *ex proxima sententia, nam spiritu adoptionis praeditos esse nos oportet, ut Deum rite invocemus. Postquam ergo Christi gratiam omnibus exposuit, omnes periter ad orandum invitat. Fides enim invocationem parit.*“ Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας, ἐν παντὶ

ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ· 9 ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ

τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας. Ita interpungendum existimavi hoc comma. Sensus: *Viros imprimis preces facere volo, et, ubicunque preces faciant, tollant manus sceleribus haud pollutas.* βούλομαι autem non tam jubentis, quam potius optantis est. Nam habet hanc vim verbum βούλεσθαι, ut sit *velle cum optione et propensione.* Vid. *Tittmann. Lex. Synon. N. T.* Spec. VIII, p. 10. Apostolum de precibus in conventibus sacris faciundis loqui, certis argumentis probari nequit. — ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας. Ὁσίοις χερσὶν alias oppositae sunt βέβηλοι χεῖρες. Cf. 2 Maccab. V, 16. ταῖς βεβήλοις χερσὶ συσσύρων ἐπεδίδου. Est nimirum ὅσιος proprie *purus ab omni scelere*, seu *qui nullum nefas commisit, pius*, ὁ περὶ τὰ θεῖα δίκαιος. „*Recte Paulus h. l. jubet ἐπαίρειν ὁσίους χεῖρας, i. e. quae nullum nefas commiserunt; nam verissime Xenophon dicit* (Ages. 11, 2.) τοὺς θεοὺς οὐδὲν ἧττον ὁσίοις ἔργοις ἢ ἁγνοῖς ἱεροῖς ἥδεσθαι.“ Verba b. *Tittmanni Lex. Synon.* Spec. I, p. XI. Chrysostomus ὁσίους χεῖρας explicat per χεῖρας καθαρὰς, οὐχ ὕδατι νιπτομένας, ἀλλὰ πλεονεξίας, φόνων, ἁρπαγῆς, πληγῶν καθαράς. Καθαρὰ ἔστω τοῦ εὐχομένου ἡ διανοια, παντὸς πάθους ἀπηλλαγμένη. Caeterum de elevandis inter precandum manibus cf. *Wolfius* in *Curis* ad h. l., qui excitavit verba *Salmasii* (*de caesarie virorum et mulierum coma* p. 667.), qui ita de ritu precantium in ecclesia primaeva disputavit: „*Manus expandebant et extendebant orantes, ad instar earum, quae in patibulo extensae sunt, ut imitarentur Christi passionem. — A Judaeis hic mos orandi ad primos Christianos derivatus est, cum hoc tamen discrimine, quod Christiani etiam manibus dispessis orabant, non solum elatis.*“ — χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ, *sine ira et disceptatione*; nam sedatus animus imprimis desideratur ab iis, qui preces suas offerunt Deo O. M. Μηδεὶς μετὰ ἔχθρας προσίτω τῷ Θεῷ, inquit Chrysostomus, μηδεὶς μετὰ ἀηδίας· ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε, εἴ τι ἔχετε κατά τινος. Verba sane digna, quae intimis animi medullis inscribantur. Cf. Matth. V, 23.

V. 9. Interpretes plerique etiam h. l. sermonem instituere Paulum de coetibus Christianorum opinantur, et dicunt, apostolum hic praecepisse, quomodo mulieres in conventibus se gerere deceret. At ne syllaba quidem inest toti huic loco, quae nobis talem interpretationem suadeat. Imo de vivendi ratione mulierum in vita communi agere videtur hisce versiculis apostolus. — ὡσαύτως etc. Pendere haec verba a praecedente βούλομαι, vix est, quod moneamus. „*Eodem modo volo, ut mulieres ornent sese amictu decenti, non sine pudicitia et verecundia.* — καταστολὴ κόσμιος est *ornatus modestus*, Chrysostomus: ἡ ἀμπεχόνη πάντοθεν περιστέλλουσα καλῶς, μὴ περιέργως; non nuditate corporis virorum oculos ad libidinem sollicitans, sed habitum quoque externum ad decori normam componens. Simili modo in Platonis Gorgia c. 48. βίος κόσμιος est *vita modestiae dedita.* Cf. *Perizon.* ad Aelian. VV. HH. XIV, 7, 6. — καταστολὴ non est tantum *vestis*, sed omnis *ornatus*, quo significatu etiam occurrere simplex vocabulum στολὴ bene docuit idem *Perizonius* ad Aelian. III, 24, 1. — Ut vero indicaret

αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης, κοσμεῖν ἑαυτὰς, μὴ ἐν πλέγμα-
σιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ,
ἀλλ', ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν, δι' 10
ἔργων ἀγαθῶν. Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ 11

apostolus, καταστολὴν κόσμιον non verum esse ornamentum mulierum, addidit: μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης. Conjunctae sint (hoc inest in praepos. μετά, cf. *Winer.* l. l. pag. 322.) cum ornatu modesto etiam αἰδὼς καὶ σωφροσύνη, *pudor et moderatio.* Est enim, ut ait Cicero Tusc. III, 8. σωφροσύνη „*ea virtus, cujus proprium est, motus animi appetentis regere et sedare, semperque adversantem libidini, moderatam in omni re servare constantiam.*" Plures de hac voce veterum scriptorum explicationes vide apud *Sturzium* in *Lex. Xenophont.* T. IV, p. 235. Quomodo autem differant inter se αἰδὼς et σωφροσύνη, optime docuit Xenoph. Cyrop. VIII, 1, 11. διήρει δὲ αἰδὼ καὶ σωφροσύνην τῇδε, ὡς τοὺς μὲν αἰδουμένους τὰ ἐν τῷ φανερῷ αἰσχρὰ φεύγοντας, τοὺς δὲ σώφρονας καὶ τὰ ἐν τῷ ἀφανεῖ. Vid. *Raphel.* ad h. l. — μὴ ἐν πλέγμασιν, *minime* (sc. *se ornent*) *artificiosis cincinnorum implicationibus, aut auro, aut unionibus, aut pretioso amictu.* πλέγμα est proprie *omne id, quod nexum aut contextum est* (vid. Xen. Cyrop. I, 6, 28., ubi *rete* significat, coll. *Schleusner. Nov. Thes.* s. h. v.); h. l. est *cincinnus.* — χρυσὸς in universum est *ornatus ex auro confectus.* — μαργαρίταις, *margaritis, unionibus,* cf. Matth. XIII, 45. 46. — ἱματισμὸς πολυτελὴς, *vestis exquisita.* Sic habet Xenoph. Anab. I, 5, 8. πολυτελεῖς χιτῶνας.

V. 10. ἀλλ', ὃ πρέπει — δι' ἔργων ἀγαθῶν, *sed bonis* (potius) *operibus, quod* (maxime) *decet mulieres pietatem in Deum profitentes.* — ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν, non verbis, sed factis, ad quam quidem θεοσεβείας professionem omnes invitati sumus. Interpretes, qui rectius scripsisse apostolum ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς opinati sunt, nesciverunt sane, quid sibi vellent. Recte dixit ap. κοσμεῖν ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ κ. τ. λ., quia has res revera in corpore gerere, corpori induere poterant. Non minus recte autem dixit: κοσμεῖν δι' ἔργων ἀγαθῶν, *sich vermittelst guter Werke schmücken.* Vid. *Wahl.* l. l. I, 270. sq.

V. 11. Postquam de externo habitu, qui mulieres in vita communi deceret, locutus est, nunc addit, qua in sacro coetu modestia se gerere debeant mulieres. Γυνὴ — ὑποταγῇ. *Mulier tacite discat animo maxime submisso.* Assignatur igitur mulieribus ἡ τῶν μαθητευομένων τάξις, quae sunt verba Chrysostomi homil. IX. Cf. 1 Cor. XIV, 34.: αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι. Conveniunt cum his quae dicit Tertull. de virgin. veland. „*Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, nec docere, — nec ullius virilis muneris, nedum sacerdotalis officii sortem sibi vindicare.*" Notatu digna profecto sunt, quae nuperrime hanc in rem disputavit *Augustus Neander* in libro: *Geschichte der Pflanzung und Leitung der christl. Kirche durch die Apostel.* T. I, p. 124. sq. „*Jeder hatte das Recht in der Versammlung der Brüder was sein Gemüth bewegte*

12 ὑποταγῇ. Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐ-
13 θεντεῖν ἀνδρὸς, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος

aussusprechen. — Es war der weibliche Theil der Gemeinden von jener allgemeinen Befugniss ausgenommen. Zwar erstreckt sich die Eine höhere Lebensgemeinschaft, welche durch das Christenthum mitgetheilt wurde, auch auf das Verhältniss zwischen Mann und Weib, und die Einheit, zu welcher die menschliche Natur nach ihrer ursprünglichen Natur hinstrebt, wurde von dieser Seite, wie in jeder andern Hinsicht, verwürklicht. Aber doch wie das Christenthum überall das in dem Gesetze der Natur Gegründete nicht zerstörte, sondern dasselbe neu belebte, heiligte und verklärte, so wurde auch innerhalb der höhern Lebensgemeinschaft, welche Mann und Frau mit einander verbinden sollte, der Frau ein der Bestimmung ihres Geschlechts nach ihr zukommender Platz angewiesen. Die geistige Receptivität und die Würksamkeit in dem Familienleben wurde als das der weiblichen Bestimmung Entsprechende anerkannt und daher das weibliche Geschlecht von dem öffentlichen Vortrage religiöser Gegenstände ausgeschlossen.“

V. 12. Particula δὲ habet h. l. vim copulativam, et vertenda est: *scilicet*. Cf. *Wahl.* in *Cl.* s. h. v. *Mulieri scilicet docendi potestatem non facio, neque eam in virum dominari, sed quietam esse velim.* — αὐθεντεῖν et αὐθέντης apud seriores tantum scriptores ita occurrit, ut *dominii* notionem involvat; melioribus scriptoribus est αὐθέντης idem quod αὐτόχειρ. Vid. *Valckenar. Diatribe in Eurip. perditt. dramatt. reliquias cap.* XVIII. p. 188. sq. „*Domini* δεσπόται, et αὐτόνομοι, *quibus licebat* αὐτοδικεῖν, *auctores etiam recentioribus* αὐθένται, *dicebantur et* αὐθεντεῖν. — *Veteribus istis Atticis, qui florente republica Graecorum viguerunt, ut equidem puto, nusquam: his vel sui vel aliorum interfectores* αὐθένται *vocabantur.* — *Recte Thomas Mag. in v.* δεσποτεία — — αὐθεντία, *inquit*, παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ τῆς δεσποτείας ὀνόματος· — τὸ γὰρ αὐθέντης οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ φονέως τάττουσιν.“ Cf. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 120. — De genitivo ἀνδρὸς, quocum conjunctum legimus verbum αὐθεντεῖν, vid. *Winer.* l. l. p. 169. — ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Non inepte provocarunt ad illud Euripidis Heraclid. v. 477.

Γυναιξὶ γὰρ σίγη τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
Κάλλιστον.

Cf. *Wolfius* in *Curis* ad h. l.

V. 13. Ut alias, ita etiam h. l. causam ex historia sacra petitam addit apostolus, ut lectores intelligant, minime carere fundamento ea, quae praeceperit. Non igitur κατ' ἄνθρωπον, ut plerique recentiorum interpretum autumant, h. l. disputat apostolus, multo minus adstringit sese ad sententiam inter Judaeos frequentatam, sed ipse optime est persuasus, Deum ipsum eo, quod serius creaverit feminam, infirmitatem sequioris sexus indicasse. Cf. 1 Cor. XI, 7. et quae *Planckius* monuit l. l. p. 165. sqq. Eadem valent de v. 14. — ἐπλάσθη. Utuntur hoc verbo LXX, ut redderent verbum יָצַר, vid. Genes. II, 7.

ἐπλάσθη, εἶτα Εὔα. Καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη· ἡ δὲ γυνὴ 14 ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε. Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς 15 τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

V. 14. Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη. Duplex igitur est argumentum, quo utitur Paulus, ut eminentiorem viri conditionem demonstret. *Primum:* prius creatus est vir, ergo mulierem αὐθεντεῖν ἀνδρὸς non decet. („*Quum non duo capita Deus aequa potestate creaverit, dicit Calvinus, sed viro addiderit adjumentum inferius, merito ad illum creationis ordinem nos apostolus revocat, in quo relucet aeterna et inviolabilis Dei institutio.*") *Deinde* mulier est imbecillior; nam Eva decepta est a serpente, non Adamus: ergo mulieri οὐκ ἐπιτρέπεται διδάσκειν. Quaestio nonnullorum interpretum (v. c. *Schleiermacheri* l. l. pag. 186.), num Adamus recte dici possit οὐκ ἀπατηθείς, satis inutilis videtur, nam quivis primo intuitu, quid sibi velit apostolus, habet perspectum. Vid. *Planck.* l. l. p. 165. „*Offenbar ist* Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη *hier ein Gegensatz zu dem* ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε; *und so unverkennbar dieser Gegensatz ist, so unverkennbar ist auch der Sinn, den dadurch das* Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη *erhalten muss: mag man nun mit den Vätern denselben durch das Hinzudenken des* πρῶτος *aus v.* 13. (quam ego quidem ellipsin veram puto) *oder mit andern durch die Ellipse* διὰ τοῦ ὀφέως (2 Cor. 11, 3.) *sich deutlich machen.*"

V. 15. Σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας. Modo ne cogitassent Intpp. h. l. in verbi σωθήσεται explicatione de felicitate aeterna. Nonne saepius de salute jam hac in terra acquirenda, ut quemvis jam vulgaria Lexica docent, dicitur verbum σώζεσθαι? Vertamus modo Germanice: *Das Weib wird glücklich werden durch Kinderzeugen*, et omnia plana sunt et expedita. Est igitur sensus totius loci: Submissa quidem sit marito mulier, nam a Deo ipso satis est indigitatum, genus muliebre esse infirmius; at habet tamen etiam sequior sexus, in quo dignitas ipsius et felicitas constet. Ἡ τεκνογονία efficit illam mulieris felicitatem. En sapientiam et simul benignitatem summi judicis, qui poenam, qua peccatum punivit, felicitatis etiam fontem esse voluit. — Addit tamen conditionem apostolus: ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ κ. τ. λ., *dummodo (hi liberi) in fide, amore, sanctitate una cum castitate perstiterint.* — ἐὰν μείνωσιν κ. τ. λ. Chrysostomus recte, si quid video, explicat hunc locum: ἐὰν οἱ γεννηθέντες παῖδες ἐπιμείνωσι τῇ πίστει. Ex antecedente vocabulo τεκνογονίας supplendum igitur: τὰ τέκνα, cujus negligentiae exempla non prorsus infrequentia sunt in veterum scriptorum libris. Certe hunc locum explicandi rationem non duram nimis vocaverim cum Ven. *Winero* in *Gr. N. T.* pag. 296. Alii collective sumendam esse censent vocem γυνή, ut sensus sit: *Servabuntur mulieres, quando permanserint in fide et amore* (vid. *Winer.* l. l.). Adsunt etiam hujus enallages exempla plura, ut notissimum illud: τὸ πλῆθος ἐνόμισαν apud Xenoph. Memorr. I, 2, 42.

1 Πιστὸς ὁ λόγος· Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ
2 ἔργου ἐπιθυμεῖ. Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον

Cap. III. V. 1. *Πιστὸς ὁ λόγος.* Non satis recte Chrysostomus claudere putat haec verba superiorem doctrinam. Nam primum solet P. hanc formulam praefando magis usurpare; deinde illic non opus erat tanta affirmatione. Quod autem nunc dicturus est, plus habet sine dubio ponderis: quare ad sequentia referenda videntur illa verba. De nexu inter cap. II. et III. egregie commentatus est *Calvinus* ad h. l. ita: „*Quoniam mulieribus interdixerat docendi officium, sumpta inde occasione nunc de episcopatu ipso disserit. Primo, quo melius appareat, quam non sine causa mulieres admittere noluerit ad tam arduum munus exercendum: deinde ne solas mulieres arcendo viros omnes promiscue admittere videatur: tertio, quia expediebat, Timotheum et alios admoneri, quanta in eligendis episcopis religio servanda esset.*“ — *καλοῦ ἔργου.* Referunt plerique Intpp. *ἔργον* ad munus episcopi. Non satis recte, opinor. Quicquid contradicat *Planckius* l. l. p. 31., assentiendum esse duco *Schleiermachero*, qui l. l. p. 44. *καλὸν ἔργον* nihil aliud, quam *rem bonam* denotare putat. Ut enim taceam, *ἔργον* apud Homerum saepius positum esse pro pronomine indefinito *τι*, apud ipsum Xenophontem *καλὸν ἔργον* saepius denotat *rem bonam, honestam.* Vid. *Sturz. Lex. Xenoph.* s. v. *καλός.* — *ὀρέγεσθαι* notat quidem primum: *manum extendere*, deinde vero c. genit. *appetere, concupiscere*, ut Hebr. XI, 16.

V. 2. *ἀνεπίληπτος* est is, qui nullum in agendo locum dat reprehensioni, *μὴ παρέχων κατηγορίας ἀφορμήν*, quae sunt verba Schol. Thucyd. V, 17. Quomodo *ἀνεπίληπτος* differat ab *ἄμεμπτος* et *ἄμωμος*, bene docuit *Tittmann. Lex. Synon. N. T.* Spec. I, p. 14. sq., quibuscum cf. quae idem V. D. animadvertit ad Zonaram h. v. — *μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα.* Quomodo haec verba capienda sint, num de polygamia *simultanea*, quam dicunt, an *successiva*, sane quaeritur, et multum etiam quaesitum est. Interpretum plerique, tam veteres quam recentiores, apostolum de successiva polygamia loqui h. l. negant et pernegant. Et provocant quidem recentiores interpretes ad Justin. Mart. Dial. c. Tryph. p. 363., qui *διδάσκαλοι ὑμῶν*, inquit, *μέχρι νῦν καὶ τέσσαρας καὶ πέντε ἔχειν ὑμᾶς γυναῖκας ἕκαστον συγχωροῦσι.* Conspirant etiam cum his verbis egregie, quae dicit Chrysostomus ad h. l.: *ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων ἐξῆν καὶ δευτέροις ὁμιλεῖν γάμοις, καὶ δύο ἔχειν κατὰ ταὐτὸν γυναῖκας.* Cf. *Heydenreich.* ad h. l. In promtu tamen est argumentum, quod me cogit, ut non simultaneam, sed successivam polygamiam h. l. ab apostolo interdici sumam. Nimirum cap. V. nostrae epistolae v. 9. desiderat idem apostolus a viduis ad presbyterissarum munus admovendis, ut fuerint *ἑνὸς ἀνδρὸς γυναῖκες.* Quae quidem verba, ut recte observavit *Schleiermacherus* l. l. pag. 192., de polygamia simultanea capi omnino non possunt, quum non constet, unam uxorem in illis terrae regionibus pluribus nupsisse viris. Cf. S. V. *Ammonii Sittenlehre* T. III. P. II, p. 186. Ergo Paulum nostro in loco etiam alteras nuptias interdixisse episcopo, satis fit probabile. At profecto sicut his verbis non inest vitae coelibis interdictio, quae erat *Carolostadii* sententia, ita multo minus

εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικόν· μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ 3 αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον· τοῦ 4 ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑπο-

legem voluit ferre apostolus, quae rata sit omnibus temporibus; sed dissuadet secundum matrimonium ecclesiae praepositis, ne forte episcopi ejusmodi matrimonio σκάνδαλον praebeant sui aevi Christianis. — νηφάλιος dicitur quidem proprie de iis, qui multo vino non sunt dediti; deinde autem, ut Latinorum *sobrius* et Germanorum *nüchtern*, usurpatur de homine maxime *circumspecto*. Et hanc alteram quidem hujus vocabuli notionem nostro in loco tenendam esse testes sunt interpretes veteres, inter quos νηφάλιον explicat Chrysostomus per διορατικὸν, μυρίους ἔχοντα πάντοθεν ὀφθαλμοὺς, ὀξὺ βλέποντα καὶ μὴ ἀμβλύνοντα τὸ τῆς διανοίας ὄμμα, et Theodoretus: διεγηγερμένον καὶ προσκοπεῖν τὸ πρακτέον δυνάμενον. — σώφρονα, κόσμιον, *modeste et decore viventem*. κόσμιος nimirum praecipue dicitur miles, qui ordines non egreditur, sed constanter servat, unde κοσμιότης et εὐταξία conjunguntur apud Plutarch. de Puer. Educ. XV, 1. Deinde autem ἀνὴρ κόσμιος est: *vir morum compositorum honestate insignis*. Pluribus de h. v. egerunt Intpp. ad Cic. de off. I, 34. 35. *Perizon.* ad Aelian. VV. HH. XIII, 17. et *Irmisch.* ad Herodian. T. I, p. 788., qui eodem loco etiam de voc. σώφρων doctissime commentatus est. Cf. supra II, 9. — φιλόξενον. Hospitalitatem saepe commendatam reperimus primis Christianis ab apostolis, tanquam virtutem illo tempore maxime necessariam, quo Christiani e patria expulsi in peregrinis terris oberrare cogebantur. Cf. Tit. I, 8. Rom. XII, 13. Hebr. XIII, 21. 1 Petr. IV, 9. — διδακτικόν. Bene *Lutherus: lehrhaftig*. Non solum evangelii notitiam habeat idoneam, sed possideat etiam facilitatem eximiam, ut promte, quae ipse sciat, alios edocere possit.

V. 3. μὴ πάροινον. Non temulentiam solam taxat in episcopo, sed libidines simul immoderatas et flagitia ex ebrietate oriunda. Hesychius: παροινία· ἡ ἐξ οἴνου ἀταξία. Cf. *Sturz. Lex. Xenoph.* h. v. — Adjunxit statim vocabulum apostolus, quod, quid ex illa παροινία saepius oriatur, indicat: est enim πλήκτης omnino nihil aliud quam quod nos dicimus *ein Schläger*. — ἐπιεικής, *mitis, lenis*. Sic junguntur 1 Petr. II, 18. ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ubi vertit *Grotius: bonis* et *lenibus*. Diodor. Sic. I, 106. τὸν τρόπον ἐπιεικὴς καὶ δίκαιος, morum *benignitate* atque *justitia*. Cf. *Irmisch.* ad Herodian. I, p. 791. sqq. „*Opponitur ἐπιεικὴς τῷ πλήκτῃ, h. e. plagoso et verbera libenter ingerenti, qui alias διάρκτης dicitur. — At ἐπιεικὴς est, ut Graeci exponunt, et usus auctorum confirmat et vocabuli proprietas, mitis ac clemens et lenis, qui facile injurias fert condonatque. Cui oppositus est ἀεικὴς, ἀείκεια, et per contractionem αἰκία, quae injuria est, ac praecipue quae per caedem ac verberationem infertur.*“ Verba *Salmasii de foen. Trapezit.* p. 223.

V. 4. τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ, *gaudeat liberis obedientiam praestantibus*. De praeposit. ἐν circumscribente adjectivum

5 ταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος· (εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται;) 6 μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ

egimus jam supra II, 7. — Verba μετὰ πάσης σεμνότητος interpretum incuria pessime retulit ad προϊστάμενον. Imo sensus est: Habeat liberos obedientes, et cum illa obedientia σεμνότητα conjungentes. Vid. supra II, 9. *Winer.* l. l. p. 322. et *Wahl.* s. v. σεμνότης.

V. 5. Explicatione hujus versus facile possum supersedere appositis verbis, quae Chrysostomus facit de h. l. ὥσπερ, inquit, ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰσὶ παιδία, γυνὴ, οἰκέται, καὶ πάντων ὁ ἀνὴρ ἀνῄρηται τὴν ἀρχήν· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτό ἐστι, παιδία, γυναῖκες, οἰκέται· — ἄλλως δὲ καὶ εὐκολώτερον τῆς οἰκίας ἄρχειν. ὁ τοίνυν ταῦτα καλῶς οὐκ οἰκονομήσας πῶς τὰ τῆς ἐκκλησίας οἰκονομῆσαι δυνήσεται;

V. 6. Vult porro apostolus, ut episcopus sit μὴ νεόφυτος, quod vocabulum *Lutherus* satis ambigue expressit Germanice: *Neuling*. Est vero νεόφυτος, ut jam ex etymo videmus, proprie *recens plantatus*, h. l. *recens religionis notitia imbutus*. *Schleiermachero* (l. l. p. 46.) objicienti, tunc nulli omnino ecclesiae illo tempore praefici potuisse episcopum, quia omnes fere Christiani tunc temporis fuissent νεόφυτοι, facile respondetur, ut etiam revera *respondit Planckius* l. l. p. 33., illos tantum Christianos ab ἐπισκοπῆς munere seclusos voluisse Paulum, qui et nuperrime ad religionem adducti et *non idonea satis religionis notitia instructi sint*. Timotheus v. c. etiam recens sacro lavacro erat tinctus, sed diuturna apostoli consuetudine fruitus divinorum dogmatum ignarus non erat. Caeterum fere eadem, quae *Schleierm.* contra hunc locum protulit, protulerat jam ante centum et quod excurrit annos *Jo. Justus Kiskerus*, Prof. Rinteliensis, in dissertat. *de neophytismo licito et illicito*. 1712. — ἵνα μὴ τυφωθεὶς — διαβόλου, *ne elatius se gerendo in judicium Diaboli incurrat*.— τυφόω nimirum proprie est *fumo infestare*, deinde tropice *aliquem incendere* h. e. excitare, aliquo implere affectu motuque animi, et hinc *insolentem facere et inflare*. Sic dictum Ael. VV. HH. III, 28. ὁρῶν ὁ Σωκράτης τὸν Ἀλκιβιάδην τετυφωμένον ἐπὶ τῷ πλούτῳ. Cf. *Irmisch.* ad Herodian. T. III. p. 410. qui locorum plaustrum congessit, et *Heinichen.* ad Euseb. de Laudib. Constant. p. 455. n. 7. — τοῦ διαβόλου. Male intelligunt h. v. recentiores Intpp. fere omnes de *calumniatore*. Ut enim taceam, v. διάβολος, quia adjunctum habet articulum, certum aliquem, omnibus notum calumniatorem s. seductorem, ergo ipsum Diabolum denotare, suadet quoque verborum vicinia, ut apostolum de malo daemone loqui putemus. Dixerat enim Paulus, τῷ τύφῳ facile posse episcopum νεόφυτον incurrere εἰς κρίμα τοῦ διαβόλου. Annon eadem superbia damnum sibi parasse dicitur spiritus *ille* malus? Κρίμα vero non active, sed passive explicetur, ut h. voc. etiam explicuit Chrysostomus: *Ne ruat in eandem cum Diabolo condemnationem*. Praeterea cf. de toto hoc commate commentationem *Jo. Chr. Hebenstreitii* (Professoris olim Lipsiensis) *de antistite sacro haud νεοφύτῳ*, Lips. 1748. et quae egregie de h. l. disputavit *Heydenreichius* in commentar. ad h. l.

Διαβόλου. Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ 7
τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα
τοῦ Διαβόλου. Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλό- 8
γους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς,
ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. 9

V. 7. *Δεῖ δὲ αὐτὸν — τοῦ Διαβόλου.* ***Habeat etiam necesse est bonum testimonium ab iis, qui sunt extra ecclesiam, ne incidat in vituperium et laqueos Diaboli.*** Verba *εἰς ὀνειδισμὸν* sejungenda sunt a verbis *τοῦ Διαβόλου*. Duo ponit apostolus: Quicunque apud exteros bono testimonio non gaudet, incidit *εἰς ὀνειδισμὸν*, et incurrit *εἰς παγίδα τοῦ Διαβόλου*. A quibusnam vero vituperabitur? Sine dubio ab iis, quibus nunc exemplo praeesse deberet, ergo ab ipsis Christianis. Vid. *Heydenreich.* ad h. l. Infamiae vero expositus vel perfrictae frontis esse incipiet, ita ut majore adeo licentia se prostituat, vel Christi castris relictis ad ethnicorum cultum iterum se convertet, quod sane utrumque inesse potest verbis *εἰσπίπτειν εἰς παγίδα τοῦ Διαβόλου*.

V. 8. *Διάκονοι* h. l. sunt ministri, quorum opera circa res ecclesiae externas versabatur, et quorum fidei imprimis collectio et distributio munerum a ditioribus in egenorum commodum destinatorum demandata erat. Nam *διακονεῖν*, quod proprie notat ***administrare aliquid*** in universum (vid. *Kypkius* ad 2 Cor. VIII, 20.), speciatim significat administrare ea, quae ad pauperum sustentationem collecta sunt. *Ἡ διακονία, τουτέστιν ἡ τῶν χρημάτων ἐπιχορηγία*, quae est interpretatio Theophylacti. Cf. *Suicer.* Thes. s. v. *διάκονος*. *Kuinoel.* ad Act. VI, 1. et *Koppe* ad Rom. XVI, 1. — *διλόγος*, pr. est ***is, qui unam eandemque rem bis dicit***, et occurrit sane hac significatione apud Xenoph. de re equestr. VIII, 2. *εἰ δέ τις διλογεῖν ἡμᾶς οἴεται, ὅτι περὶ τῶν αὐτῶν λέγομεν νῦν τε καὶ πρόσθεν, οὐ διλογία ταῦτά ἐστι.* Vid. *Wesseling* ad Diod. Sic. XX, 37. Hoc nostro vero in loco esse videtur i. q. *δίγλωσσος*, ***bilinguis***, quamvis hoc adjectivum alias eundem significatum tenere negat et pernegat *Schleiermacherus* l. l. p. 46. Non inepte Chrysostomus ad h. l. scribit, *διλόγους* homines esse *ὑπούλους καὶ δολερούς*. — *μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, ne nimio vino indulgeant.* Nimirum *προσέχειν* sensu intransitivo, ubi de rebus dicitur, est: *se rei cuidam prorsus dedere.* Sic v. c. dicit Xenoph. in Oeconom. II, 7. *παιδικοῖς πράγμασι προσέχειν*, et apud Sirac. XXIII, 27. *οὐδὲν γλυκύτερον τοῦ προσέχειν ταῖς ἐντολαῖς κυρίου*, nihil suavius, quam *colere legem divinam.* Polyaen. Strateg. VIII, 56. *τρυφῇ προσέχοντι καὶ μέθῃ*, quem postremum locum excitavit *Wetsten.* ad h. l. Cf. *Passow* in *Lex.* h. v.

V. 9. *ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, firmiter tenentes fidem cum bona conscientia.* Verbum *ἔχειν* h. l. notat: ***animo firmiter tenere.*** Vid. *Wahl.* l. l. I, 674. et *τὸ μυστήριον τῆς πίστεως* est mera circumscriptio ipsius *πίστεως*. Negari quidem non potest, apostolum uti voca-

10 Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονεί-
11 τωσαν, ἀνέγκλητοι ὄντες. Γυναῖκας ὡσαύτως σεμνὰς, μὴ

bulo μυστηρίου iis imprimis locis, ubi de reconditioribus religionis Christianae δόγμασι, praesertim ubi de morte Jesu Christi et de salute per hanc mortem parta sermonem antea instituerat. Recte tamen monuit *Planck.* l. l. pag. 80. sq. „*Paulus, der sich den Glauben an Christus und die durch sein Blut erworbene Erlösung als ein* μυστήριον Θεοῦ (Col. II, 2.), *als eine* σοφίαν ἀποκεκρυμμένην (1 Cor. II, 7.) *zu denken gewohnt war, sollte in dessen Gedankenkreise nicht auch da, wo eben nicht von der äussern Enthüllung dieses seit Menschenaltern verborgenen Geheimnisses die Rede war, dennoch die Idee dieses verborgenen und unbekannten Rathschlusses sich eng an die Sache selbst angeschlossen haben?*“ Cf. Coloss. IV, 3. ubi μυστήριον simili modo, sine singulari quadam vi usurpatur. Caeterum tota haec phrasis: ἔχων τὸ μυστ. τ. πίστ. ἐν καθ. συν. ex asse respondet verbis illis, quae supra I, 19. legebantur: ἔχων πίστιν καὶ καλὴν συνείδησιν.

V. 10. Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον. De exploratione vitae, non docendi facultatis h. l. sermonem esse, ratio illius aevi satis quemvis docet. Vidit hoc jam Theophylactus, οὐ δεῖ, inquiens, ἀδοκιμάστους προάγεσθαι, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ βασανισθέντας καὶ φανέντας ἀνεγκλήτους, ὥσπερ οὐδὲ νεωνήτῳ δούλῳ προστασίαν τις ἐγχειρίσει τοῦ οἴκου, πρὶν δόκιμος τῷ χρόνῳ φανῇ. Cf. *Heydenreich.* ad h. l. — ἀνέγκλητοι ὄντες, *si nimirum reprehensione vacui sunt.* Saepissime ita usurpatum legimus participium. Exempla ex Romanis scriptoribus attulit *Ramshorn. Gr. Lat.* p. 467.

V. 11. Jam quum ab ecclesiae diacono id imprimis desiderari possit, ut vita domestica sapienter instituta aliis exemplum exhibeat, addit apostolus nonnulla, ex quibus pateat, quomodo uxores diaconorum se gerere velit. Nam hoc extra dubitationem positum est, Paulum hoc in commate non de diaconissis proprie sic dictis, quae erat Chrysostomi et Theophylacti sententia, sed de diaconorum conjugibus sermonem instituere (vid. *Heydenreich.* ad h. l.). Quas quidem esse vult primum σεμνὰς, *decore sese gerentes*, μὴ διαβόλους, *a calumniis abstinentes.* Cf. Tit. II, 3. Theophylactus interpretatur διαβόλους per καταλάλους, et addit: ὅπερ αἱ γραῦδες εἰώθασι τοὺς οἴκους περιερχόμεναι καὶ ψιθυρίζουσαι τὰ ταύτης πρὸς ἐκείνην. — νηφαλίους Theodoretus et, qui eum sequutus est, *Grotius* de temperantia in usu vini intelligunt; attamen de vigilantia potius et prudentia accipiendum h. l. videtur adj. νηφάλιος. Vid. quae notavimus ad v. 2. hujus capitis. Eandem explicationem suasit nobis Theophylactus, qui dicit: ἐπειδὰν κοῦφον καὶ εὐεξαπάτητον τοῦτο τὸ γένος, δεῖ, φησὶν, αὐτὰς διϋπνισμένας εἶναι καὶ ἀγχίνους. — πιστὰς ἐν πᾶσι, *in omni re bona fide agant.* Non opus est, ut haec verba ad abstinentiam ab ecclesiae pecuniis marito commissis imprimis spectare opinemur, quae est vulgaris interpretum sententia. Latius patere hoc praeceptum et ad omnia omnino vitae negotia pertinere puto. Vid. *Heydenreich.* l. l. p. 189.

διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι. Διάκονοι ἔστω- 12
σαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι
καὶ τῶν ἰδίων οἴκων. Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες βα- 13
θμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν
ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ταῦτά σοι γράφω, ἐλπί- 14

V. 12. *Diaconi sint unius mulieris mariti, et sobolem domosque suas bene moderentur.* De sensu verbb. ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες supra jam commentati sumus ad III, 2. Reliqua nos nihil morantur.

V. 13. βαθμόν. Egerunt de h. v. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 612. *Du Fresne Glossar. med. et infimae Graecitatis* T. I, p. 166. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 324. sq. cf. Euseb. H. E. III, 21. VII, 15. — Nostro loco verba καλὸς βαθμὸς neque de gradu majore in regno Messiano, neque de majore dignitatis et muneris ecclesiastici gradu, ut interpretantur patres ecclesiae, esse intelligenda, summo jure contendimus. Nam de majori minorive felicitatis gradu nunquam loquitur scriptura sacra, ut recte animadvertit *Schleiermacherus* l. l., et si revera de illa majori in regno Messiae dignitate locutus esset h. l. apostolus, addidisset sine dubio verba: ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Et de ascensione quadam in muneribus ecclesiasticis vix et ne vix quidem verba fecit scriptor aevi apostolici. Scribendum etiam tunc fuisset pro καλὸν potius κρείττονα, seu μείζονα. Quid vero, si Paulus cogitaverit de majori illa dignitate, honore, auctoritate, quam nacturus sit homo vitam suam ad praecepta illa componens? Haec sola vera hujus loci interpretatio esse videtur. Vid. etiam *Planck.* l. l. pag. 34. — περιποιεῖσθαι est h. l. *acquirere.* Proprie dicitur de quaestu et notat: *sich etwas erübrigen.* Cf. *Stur.z. Lex. Xenoph.* s. h. v. Eodem fere modo, ut nostro in loco, legitur apud Xenoph. Anab. V, 6, 8. ἑαυτῷ ὄνομα καὶ δύναμιν περιποιήσασθαι. Verbum ipsum περιποιεῖσθαι praeter hunc nostrum locum semel tantum legitur in N. T., et quidem Act. XX, 28. Cf. *Planck.* l, l. p. 35. — παῤῥησίαν male Intpp. et ipse *Planck.* l. l. intelligunt de fide, quam nacturus sit diaconus apud alios vita ex legibus instituta. At profecto hac notione non facile reperies παῤῥησίας vocabulum. Imo est, quod nos dicimus: *guter Muth.* Nam qui vitam sapienter instituit, praecipue evangelii doctor, multo majori confidentia suo officio fungitur, quam homo contaminatae conscientiae. Eodem modo in libro Sapient. V, 1. στήσεται ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ ὁ δίκαιος. Cf. *Suicer. Thes. Eccl.* T. II. p. 616. — Et haec quidem conscientia erit iis ἐν πίστει, *in fide docenda.* Duplex igitur est praemium, quod spondet apostolus diacono, vitam suam sapienter moderanti: Majorem auctoritatis gradum nanciscetur apud alios (καλὸν βαθμὸν περιποιήσεται) et ipse in docenda fide majori erit fiducia (πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει).

V. 14. Ταῦτά σοι γράφω κ. τ. λ. *Haec tibi scripsi, quamvis spero, me propediem ad te esse venturum.* Participium ἐλπίζων per καίπερ seu similem particulam esse resolvendum, nexus orationis docet. Vid. *Winer. Gr.* p. 295. q. — Verba ἐλπίζων — πρός σε τάχιον addidit Paulus, observante Chrysostomo, ἵνα μὴ εἰς ἀθυμίαν ἐμβάλῃ τὸν μαθητήν.

15 ζων ἐλθεῖν πρός σε τάχιον· ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. 16 Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη

V. 15. Ante verba *ἵνα εἰδῇς* repetendum ex antecedentibus *ταῦτά σοι γράφω*. — *οἶκος Θεοῦ*. Sicut Christiani sunt *οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ* (Ephes. II, 20.), ita universa ecclesia est *οἶκος Θεοῦ*, sive *ναὸς ἅγιος ἐν κυρίῳ*. Eph. II, 21. ubi vid. *Tychsen*. Et ecclesiam quidem revera sub *οἴκῳ Θεοῦ* esse intelligendam docent verba sequentia, *ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας*. Ita conjungenda puto haec verba. Secus opinantur plerique interpretes, qui a verbis *στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας* incipiunt sequens comma. Recte vero ecclesiam vocari posse *στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας*, quis est, qui neget? Servatur enim in ecclesia veritas, et tuentur eam Christiani et defendunt eam contra adversarios. Vide etiam, quae monuit *Schleiermacherus* l. l. pag. 199.

V. 16. *Et luculenter magnum est pietatis illud mysterium* etc. *Ὁμολογουμένως μέγα*. Similiter loquitur Herodian. III, 12. *κελεύει φονεῦσαι τὸν ἄνδρα ὡς ὁμολογουμένως πολέμιον, ut manifestum hostem*. Cf. Xenoph. Hist. Gr. VI, 1, 6. *Ἰάσων ὁμολογουμένως ταγὸς καθειστήκει*. Oeconom. I, 11. *ὁμολογουμένως γε ὁ λόγος ἡμῖν χωρεῖ*. Est ergo *ὁμολογουμένως*, *de quo omnes consentiunt, sine controversia*. — *τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον*. Non est *εὐσέβεια* h. l., ut vulgaris est sententia, religio seu doctrina Christiana, sed est *μυστήριον τῆς εὐσεβείας* illa doctrina, ad quam omnis pietas referenda est. Hac horum verborum adscita interpretatione luculenter etiam apparet, qualis sit nexus inter versum 15. et sequens comma. Dixerat v. 15. apostolus: Haec tibi scripsi, ut scires, quomodo deceat *ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι*. Jam qui recte et feliciter in *οἴκῳ Θεοῦ* versari velit, dirigat, inquit, et moderetur omnem suam agendi rationem necesse est secundum illud *μυστήριον* plane eximium: *Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί* etc. Vehementer nos ad virtutis studium excitabit acriterque impellet illa doctrina, ubi de ea nobis bene persuasum habuerimus. Vid. *Mich. Weberi Exegesin loci Paulini* 1 *Timoth.* III, 14 — 16. Lips. CIↃIↃCCLXXXIV. pag. 10. — *μυστήριον* vero vocat apostolus hanc doctrinam, quam jam propositurus erat, quatenus ea est pars sive caput religionis Christianae antea hominibus ignotum. Vid. *Wahl.* in *Clav. N. T.* s. h. v. Hanc ubi tenuerimus voc. *μυστηρίου* notionem, facile apparebit, cur apostolus non solum illud *φανερωθῆναι ἐν σαρκί*, sed etiam sequentia: *ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι — ἀνελήφθη ἐν δόξῃ* ad religionis Christianae mysteria retulerit. — *Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί*. De lectionis varietate, quae est in libris Mss. et editis, aliis nimirum *Θεὸς*, aliis *ὅς*, aliis denique *ὁ* legentibus, singulares habemus VV. DD. dissertationes, v. c. *Baumgartenii Vindicias vocis Θεὸς in oraculo Paulino* 1 *Tim.* III, 16. *obviae. Halae Magdeb.* 1754. *Patriccii Vindicias* voc. *Θεὸς* 1 *Tim.* III, 16.

ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.

Argentor. 1777. *Schulzii Programma de mysterio omnium maximo ad 1 Timoth.* III, 16. Halae 1782. *Michael. Weberi Crisin loci Paulini 1 Tim.* III, 14—16. Lips. 1784., cui additum est a *Webero* parergon: *De intempestiva ac nimia lectionis emendandae cura*, lectu sane dignissimum. Hac *Weberi* prolusione, quam ne vidisse quidem videtur *Heydenreichius*, quia eam sub alio prorsus titulo citavit, in excursu, quem de h. l. scripsimus, nos imprimis usos esse, grati profitemur. — ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Bene tenendum est, vocabulo σαρκὶ h. l. vocem πνεῦμα oppositam esse, ut in loco illo notissimo, qui legitur Rom. I, 3. τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Cf. 1 Petr. III, 18. θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. Quibus in locis vocabulo σὰρξ non tam indicari *indolem humanam*, sed adeo *corpoream*, qua usus est Christus hac in terra, et secundum quam morti subjectus erat, et πνεῦμα contra *indolem* illam *divinam*, quae in Jesu Messia erat, denotare, quis est, qui ignoret? Vid. *Calvinus* ad h. l. Si v. c. in loco illo notissimo Rom. I, 3. Paulus Christum vocat τὸν γενόμενον ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, vertenda sunt haec verba: *secundum indolem humanam erat ex stirpe Davidica, als Mensch war er aus der Familie Davids.* Quid igitur est h. l. ἐφανερώθη ἐν σαρκί? Quid aliud, quam: *homo apparuit filius Dei?* De imbecillitate, de humilitate plane non est sermo. Quae quum ita sint, facile etiam intelligitur, quid sit: ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. *Declaratus est* (sc. Dei filius) *spirituali sua virtute.* Vid. *Heydenreich.* l. l. p. 213. Theodoretus: ἀπεδείχθη, inquit, διὰ τῶν θαυμάτων, καὶ ἀπεφάνθη, ὅτι θεὸς ἀληθὴς καὶ Θεοῦ υἱός. — ὤφθη ἀγγέλοις, i. e. secundum verba Petri apostoli, quae leguntur Act. X, 41., ἐμφανὴς ἐγένετο μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ. „*Quanquam enim*“, inquit *Weberus* l. l. pag. 12., „*naturae illae intelligentiores et excellentiores angelorum nomine plerumque insigniuntur; id tamen, sicut nomen apostoli, quod Hebr.* III, 1. *adeo Christo datur, latius patet, et quemvis legatum significat. Unde ipse etiam filius Dei ad homines mittendus legatus Jehovae et promissus legatus nominatur. Cf. locus nostro valde similis* 1 Cor. XV, 3—9. παρέδωκα ὑμῖν ἐν πρώτοις, — ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν —, καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται—, καὶ ὅτι ὤφθη — τοῖς ἀποστόλοις κ.τ.λ.“ Habemus etiam rationem grammaticam, cur verba ὤφθη ἀγγέλοις de angelis proprie sic dictis apostolum dicere non potuisse opinemur. Si nimirum de angelis locutus esset Paulus, tunc non potuisset non scribere: οἱ ἄγγελοι ὤφθησαν αὐτῷ, quibus quidem verbis reddidit verba, quae sunt in textu, *Heinrichsius*, at profecto satis inepte. Cf. *Schleiermacherus* l. l. pag. 201. et *Planck.* l. l. p. 183. Nemo vero offendet in verborum structura, ubi vocabulum ἄγγελοι de apostolis explicuerimus. Vid. S. V. *Wahl. Cl. N. T.* T. II, pag. 176. ed. 2., qui ostendit, ὤφθη ἀγγέλοις dictum esse pro: ὤφθη ὑπὸ τῶν ἀγγέλων. — ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν. Quum nimirum Messias conspiciendum se dedisset apostolis, illi πορευθέντες ἐμαθήτευσαν πάντα τὰ ἔθνη, sc. περὶ

1 Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς

τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, sive, ut Chrysostomus explicuit verba: ἐχηρύχθη ἐν ἔθνεσιν· πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἠκούσθη. Ergo non tantum de gentilibus capiendus est locus. — ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ. Indicant haec verba, non irritum fuisse illud apostolorum praeconium, non frustra illos viros sanctos de Christo inter gentes sermonem fecisse. Theodoretus: οὐκ ἐχηρύχθη μόνον, inquit, ἀλλὰ καὶ ἐπιστεύθη, καὶ τὴν θείαν παρὰ τῶν πεπιστευκότων προσκύνησιν δέχεται. — ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. Praepositio circumscribit h. l. adverbium ἐνδόξως. Olim interpretes ἐν δόξῃ per εἰς δόξαν explicabant. Miror, hanc explicandi rationem ab *Heydenreichio* non prorsus repudiatam esse. — Jam nunc addamus latinam loci interpretationem: *Magnum sine dubio est illud pietatis mysterium: Deus apparuit homo, declaratus est* (filius Dei) *sua indole sublimiori, apparuit* (post resurrectionem) *apostolis, publice annuntiatus est inter gentes, fide susceptus est ab hominibus, et gloriose evectus est* (in coelum).

Cap. IV. V. 1. Nexum sane aliquem esse inter initium cap. IV. et antecedentis sectionis verba, docet nos vel particula δέ. Et profecto quae prioribus capitis quarti versibus leguntur apostoli verba, ea rationem continere videntur, qua opus sane esse appareret, ut Timotheus illud, quod modo proposuerat P., εὐσεβείας μυστήριον strenue teneret. Idem fere statuit de necessitudine illa, quae quartum inter et tertium caput intercedat, *Calvinus*. Verba ejus haec sunt: „*Diligenter admonuerat de multis Timotheum. Jam necessitatem ostendit: quia occurrendum sit periculo, quod imminere Spiritus Sanctus denuntiat, venturos scilicet falsos doctores, qui nugas pro fidei doctrina obtrudant, qui totam sanctitatem collocantes in externis exercitiis spiritualem Dei cultum, qui solus est legitimus, obscurent. Et sane fuit hoc servis Dei perpetuum certamen cum talibus, quales hic depingit Paulus* etc.“ — Τὸ πνεῦμα ῥητῶς λέγει. Ex iis quae modo ex *Calvini* commentario excitavi, apparet, virum egregium τὸ πνεῦμα pro Spiritu Sancto habuisse. At saepius dolui, theologos, ubi τὸ πνεῦμα nominatur in Codice sacro, statim de Spiritu Sancto cogitare satis propensos esse. *Lutherus* egregie vertit: *Der Geist aber sagt deutlich, animus mihi praesagit.* Nihil aliud inesse videtur. ῥητῶς est ἅπαξ λεγόμενον in N. T. Attamen in libris scriptorum profanorum saepius legitur hoc adverbium. Vid. *Wahl.* in *Clav.* et *Wegscheider.* ad h. l. — Difficilior sane est quaestio, quid innuatur ab apostolo per ὑστέρους καιρούς, quibus nonnullos a fide defecturos esse dicit. Ex vulgari interpretum sententia ὕστεροι καιροὶ dicti sunt h. l. pro ἡμέραις ἐσχάταις, ita ut innuerentur his verbis tempora adventum Messiae ad regnum suum solemniter inaugurandum proxime praecedentia. Verum enimvero longe a veritate recedere videtur haec sententia. Imo, quod jam vidit *Schleiermacher.* l. l. pag. 51., ἐν ὑστέροις καιροῖς dictum est pro ὕστερον, *postea, in der Folgezeit.* Sic v. c. apud Xenoph. Hellen. II, 4, 30. est: ὑστέρῳ χρόνῳ, quod recte vertit *Sturzius* in *Lex. Xenoph.: non ita multo post.* Cf. Hellen. VII, 2, 10. Memorr. II, 6, 7. Audio tamen nonnullos mihi acclamantes: „At h. l. non legitur: ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ, sed: ἐν ὑστέροις καιροῖς; καιρὸς vero de tempore certo quodam dicitur,

ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι

habetque adjunctam notionem opportunitatis.“ Recte sane ita praecipiunt Grammatici, et imprimis *Tittmannus* acute, ut solebat, egit de discrimine illo, quod inter vocc. *αἰών, χρόνος, ὥρα, καιρὸς* intercederet, in Spec. II. *Lex. Synon. N. T.* p. IX. Doleo tamen, *Tittmannum* de nostro loco non instituisse examen. Evincere potuisset ex h. l., ut et ex aliis locis Paulinis, sane permutari interdum ab apostolo *καιρὸν* cum *χρόνῳ*. Disputavit hac de re contra *Schleiermacherum Planckius* l. l. p. 37. „*Die Redensart ἐν ὑστέροις καιροῖς ist deswegen dem Verf. aufgefallen, weil hier καιρὸς gar schlecht und bedeutungslos blos für χρόνος gesetzt sei, Paulus sonst aber καιρὸς ganz richtig brauche, indem es ihm immer eine durch etwas qualitativ bestimmte Zeit bedeute. Dass dies auch bei* 1 *Cor.* 7, 5. *und* 1 *Thess.* 2, 17. *der Fall sei, wird nicht leicht Jemand eingestehen; noch weniger bei* 2 *Cor.* 6, 2., *wo es des Zusatzes καιρῷ δεκτῷ gar nicht bedurft hätte, wenn καιρὸς an sich schon dem Apostel hinreichend bestimmt gewesen wäre.*“ — *ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως.* Quaeritur, qualis de fide *ἀποστασία* h. l. praenuntietur ab apostolo, num apostolus h. l. homines in mente habeat, qui omnino a religione Christiana defecturi, an qui veram fidem relicturi sint. Ultimam sententiam tantum locum habere h. l., pro eo sane clamat nexus horum verborum cum antecedentibus. Magnum illud de Jesu Christo proposuerat ad finem superioris capitis *μυστήριον*. Qua de causa proposuerit, indicant jam haec versus prioris verba: quia nimirum nonnulli ejusmodi doctrinae Christianae capita deserturi sint. Ita veteres jam accepisse videntur nostri loci verba, qui, dum apostoli verba recitant, velut explicandi causa vel pro *πίστει* ponunt *ὑγιαίνουσαν διδασκαλίαν* (Epiph. Haeres. 78. n. 2.), vel *τὸ ὑγιαίνειν τῇ πίστει* adjungunt (Orig. in Matth. pag. 357.). — Accuratius etiam in sequentibus describit istos homines, nuncupans eos *προσέχοντας πνεύμασι πλάνοις, die verführischen Geistern anhangen*, ut egregie vertit *Lutherus*. *Πνεύματα* nimirum h. l., ut saepius in N. T., sunt doctores, et quidem doctores, qui, quum aliquid praeter ea proferunt, quae nobis aliunde cognita sunt, ad spiritum provocant, cujus revelatione ducti doceant atque agant. Vid. *Heydenreichius* ad h. l. Pro *πλάνοις* legunt alii *πλάνης*, quorum non contemnendum numerum affert *Wetstenius* ad h. l. Sententia manet eadem, utcunque legas. Est nimirum *πνεῦμα πλάνον, doctor fallax, alios in errorem inducens.* Et Cicero quidem pro Cluentio cap. 29. *planum* posuit pro *sycophanta*, quod Gellius in Noct. Attic. XVI, 7. ut singulare quid observat. Veteribus Graecis sunt *πλάνοι*, vel, qui impostura joculari alios fallunt, vel adeo *θαυματοποιοί*. Vid. *Joh. Jac. Plaga* in *Disputat. ad oraculum Pauli* 1 *Tim.* IV, 1. 2. 3. Gedani. 1777. pag. 9. — *διδασκαλία δαιμονίων* recte vertit *Schleiermacher.* l. l. pag. 206. *eine Lehre, die vom Teufel herkommt*, quae Jacobo (III, 15.) est *σοφία δαιμονιώδης*. Unde vero probari possit, hanc opinionem, *διδασκαλίας* falsas et pravas nimirum originem suam debere malo daemoni, non esse Paulinam, sed Johanneam, quae fuit *Schleiermacheri* sententia, id quidem me non videre fateor. Alii *διδασκαλία δαιμονίων ab objecto*, quod dicunt, dictum arbitrantur. Vid. *Plaga* l. l. pag. 20.

2 πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευ-
3 δολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυ-
όντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν

V. 2. ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων κ. τ. λ. Errarunt sine dubio, qui genitivos, qui sequuntur, ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων, κωλυόντων, lege appositionis, junctos esse dicebant cum voc. δαιμονίων. Alii genitivos pro nominativis positos esse dixerunt, quod multo minus arridet. Modo conjungas verba: ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων et sequentia cum ἀποστήσονται, et omnia expedita sunt. Primum signum illorum hominum, qui ἐν ὑστέροις καιροῖς fidem relicturi sint, est ex mente apostoli: προσέξουσι πνεύμασι πλάνοις — δαιμονίων; alterum signum continetur verbis ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων etc. Deficient nonnulli a puriori religione, inquit Paulus, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, *in simulatione eorum, qui falsa loquuntur*, i. e. eadem simulantes, quae simulare solent homines ψευδολόγοι, κεκαυτηριασμένοι τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλύοντες γαμεῖν. Describit igitur illos, qui ἐν ὑστέροις καιροῖς a fide sint defecturi, ad exemplar illorum hominum, qui illo ipso tempore, quo vivebat Paulus, fallaciis operam dabant, malae conscientiae notas inustas habebant, et matrimonium inire prohibebant. Bene etiam quadrare in homines, qui erant ψευδολόγοι, qui suae ipsorum conscientiae male factorum notas inusserant, qui matrimonia interdicebant et a promiscuo ciborum usu abstinere jubebant, vocabulum ὑπόκρισις, ut multis demonstretur sane non opus est. Jactant illi homines virtutem, quam vere non habent. — Verbum καυτηριάζειν, de quo vid. *Schleiermacher.* l. l. pag. 52., est *cauterio notare, notam inurere.* Metaphora ducta est vel a barbarorum more, qui cuti signa quaedam imprimere solebant, quod v. c. de Thracibus narrat Herodotus V, 6., vel potius a servis, quibus, ut facilius possent discerni, notae inurebantur. Cf. Quintilian. VII, 4, 14. et quae nuper animadvertit *C. Benecke* ad Cic. Orat. in Catilin. I. cap. 6. pag. 56. — De accus. τὴν ἰδίαν συνείδησιν vid. *Winer. Gr. d. N. T. Sprachidioms* pag. 186. n. 5. et quos excitavit *Wahlius* s. v. διαφθείρω.

V. 3. κωλυόντων γαμεῖν. Non inepte explicant haec et quae sequuntur Intpp. de Essenis. Quaeritur vero, unde pendeant verba ἀπέχεσθαι βρωμάτων etc. Vario modo ista verba sollicitari coeperunt, quum in falsis doctoribus neutiquam eos numerari liqueret, qui vetent, alios abstinere a cibis divino munere ad utendum fruendumque concessis. Nonnulli enim praeeunte Isidoro Pelusiota Epistolar. IV, 112. pro ἀπέχεσθαι legendum suaserunt ἔχεσθαι vel ἀντέχεσθαι, alii ἀποδέχεσθαι, alii ἀπεχομένων sc. ψευδολόγων, i. e. *auferentium cibos*, s. prohibentium, ne cibi a Christianis capiantur. Alii, in quibus *Erasmus Schmidius* eminet, deleto post verbum γαμεῖν commate, infinitivum ἀπέχεσθαι simpliciter positum esse autumarunt, pro τῷ ἀπέχεσθαι, h. e. *abstinendo a cibis*, hancque abstinentiam commendando, tanquam coelibatus altricem et conservatricem. Alii alias conjecturas protulerunt, legibus criticis ac grammaticis aeque parum consentaneas. Talibus conjecturis autem non locum reliquissent, si omissum

εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. Ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ 4
οὐδὲν ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον· ἁγιά- 5

hic ante ἀπέχεσθαι agnovissent verbum praegresso κωλυόντων contrarium, nempe κελευόντων, vel παραγγελλόντων aliudve συνώνυμον. Admodum usitata est ejusmodi orationis defectio, per quam veluti ex verbo negante affirmativum repeti debet. Cf. Sophocl. Oedip. R. 235. sq. *Hemsterhus.* ad Lucian. Contempl. 2. T. I., p. 492. *Matthiae Gr. gr.* §. 534. c. pag. 766. sq. et *Winer.* l. l. pag. 481. — ἀπέχεσθαι βρωμάτων. De re vid. *Heydenreichius* ad h. l., qui locorum plaustrum ex patribus ecclesiae congessit, ut probaret, ad Essenos et Gnosticos apostolum h. l. respicere. Causam, ex qua ejusmodi abstinentia a quibusdam cibis detestanda sit, continent verba: ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. Egregie in hunc locum *Calvinus*: „*Quanta hominum arrogantia est, eripere quod Deus largitur? an cibos ipsi crearunt? an Dei creationem possunt irritam facere? Semper igitur nobis in mentem veniat, eum, qui creavit, liberum quoque usum fecisse, quem frustra impedire conantur homines. Creavit, inquam, Deus cibos εἰς μετάληψιν, ad percipiendum, hoc est, ut illis frueremur. Hunc finem evertere nunquam poterit humana auctoritas. Addit autem: μετὰ εὐχαριστίας, cum gratiarum actione: quia nihil Deo pro sua liberalitate rependere possumus, quam gratitudinis testimonium. Porro non potest esse gratiarum actio sine temperantia et sobrietate; neque enim Dei beneficentiam vere agnoscit, qui ea perperam abutitur. Τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. Quid ergo? Annon solem suum quotidie oriri facit Deus super bonos et malos? annon ejus jussu terra impiis panem producit? Respondeo, Paulum de usu licito hic agere, cujus ratio coram Deo nobis constat. Hujus minime compotes sunt impii, propter impuram conscientiam, quae omnia contaminat; quemadmodum habetur ad Titum capite* I, 15. *Et sane, proprie loquendo, solis filiis suis Deus totum mundum et quicquid in mundo est, destinavit, qua ratione etiam vocantur mundi haeredes.*“

V. 4. Ὅτι πᾶν κτίσμα κ. τ. λ. *Nam omnis creatura bona, et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione sumatur.* Immerito offendit *Schleiermacherus* l. l. p. 53. in voce κτίσμα, qua alias non utatur Paulus. Cf. quae contra *Schleiermacherum* monuit *Planckius* l. l. p. 37. — ἀπόβλητον. Bene provocarunt Intpp. ad Homer. Iliad. III, 65. οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐριαυχένα δῶρα, ad quae verba Scholiastes: ἀπόβλητα· ἀποβολῆς ἄξια· τὰ ὑπὸ θεῶν, φησὶ, διδόμενα δῶρα οὔκ ἐστι μὲν ἀρνήσασθαι. Cf. *Schleiermacher.* l. l. pag. 53. et *Planck.* l. l. pag. 37. — Ultima verba docent, qua sub conditione homini nullum κτίσμα ἀπόβλητον sit; quando nimirum cum gratiarum actione sumatur. Animus gratus, inquit P., nos justam bonorum terrestrium usum docet.

V. 5. idem fere continet. Ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, *consecratur enim per preces ad Deum*

6 ξηται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. Ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς, καλὸς ἔσῃ διάκονος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως, καὶ τῆς

factae. Genitivus Θεοῦ est h. l. genitivus objecti. Vid. *Wahl.* in *Cl. N. T.* II, p. 33., qui λόγος Θεοῦ bene vertit: *oratio ad Deum facta*, ita, ut fere idem sit, quod ἔντευξις.

V. 6. Ταῦτα quorsum referendum titubant sane interpretes. Chrysostomus aliique male retulerunt ad cap. III, 16., pejus etiam *Heinrichsius* quatuor antecedentia commata uncis includenda esse duxit. Quibus quidem bene perpensis *Schleiermacherus* (p. 203. sqq.) eo est inductus, ut imitatorem quendam, misere verba corradentem, quae v. 6. leguntur, ex 2 Timoth. III, 1. huc transtulisse opinaretur. Quicunque vero hunc posteriorem locum accuratius inspexerit, sponte intelliget, utrumque locum ita inter se discrepare, ut vix et ne vix quidem huic *Schleiermacheri* sententiae assensus praeberi possit. Facit tamen ille locus Paulinus ex altera ep. ad Timoth. desumtus ad nostrum locum rectius intelligendum, ut apparet ex verbis *Planckii*, qui l. l. pag. 187. non sine industria studuit refutare *Schleiermacherum*. Verba *Planckii* haec sunt: „*In den beiden letzten Versen* (v. 4. et 5.) *liegt ein versteckter Uebergang des Apostels von dem Zukünftigen auf das Gegenwärtige, insofern Paulus die zukünftigen Irrlehrer nicht anders beschreiben konnte, als ihm die gegenwärtigen bekannt waren. — — Solche plötzliche Uebergänge, wie darauf V. 6. einer gemacht wird* (sc. ταῦτα ὑποτιθέμενος), *sind bei Paulus gar nichts ungewöhnliches. Am besten erläutert unsre Stelle die völlig parallele* II *Tim.* 3, 1. *Auch hier sagt es P. dem Timotheus voraus, dass in den letzten Zeiten eintreten würden καιροὶ χαλεποί, und dass das Drückende dieser Zeiten besonders durch die Menschen selbst werde herbeigeführt werden, weil Laster und Unsittlichkeit dann ihren höchsten Grad erreicht hätten. Nach einer weitläufigen Beschreibung dieser dann unter den Menschen herrschenden Untugenden V.* 2 — 5. *folgt ein unsrer Stelle völlig ähnlicher Uebergang: καὶ τούτους ἀποτρέπου.*“ — ὑποτιθέμενος male nonnulli priorum interpretum pro imperativo positum esse opinati sunt. Potius vertendum: *Quando haec praecepta* (fratribus Christianis) *dederis, bonus eris Jesu Christi minister.* — ὑποτιθέναι *Lutherus* egregie reddidit nostro vocabulo: *vorhalten*, quod ex asse respondet illi vocabulo graeco, quod Hesychius per συμβουλεύειν, Suidas adeo per διδάσκειν reddidit. Vid. Herodot. I, 90. ταῦτα ἀκούων ὁ Κῦρος ὑπερήδετο, ὡς οἱ ἐδόκεε εὖ ὑποθέσθαι, et alios Herodoti locos observatos *Raphelio Annotat.* ex eod. ad nostrum hunc locum, coll. Intpp. ad 2 Maccabb. VI, 8. — Vocabulum διάκονος h. l. nullo ad munus ecclesiasticum respectu dictum videtur. Est potius διάκονος Ἰησοῦ Χριστοῦ *adjutor* Jesu Christi, ut sensus sit: His praeceptis cum industria Christiano coetui inculcatis Jesum ipsum adjuvabis (cujus nimirum etiamnum est, homines divinis praeceptis instituere eorumque animos purgare). — Pergit nunc: Eo facilius talia praecepta rite trades, quum sis ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως, *imbutus religionis scientia.* Verbum ἐντρέφεσθαι plane respondet Latinorum

καλῆς διδασκαλίας, ἧ παρηκολούθηκας. Τοὺς δὲ βεβήλους 7
καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ· γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς
εὐσέβειαν. Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν 8

innutriri. Plin. epp. IX, 33, 6.: *donec homines, innutritos mari, subiret timendi pudor.* Seneca Cons. ad Polyb. cap. 21.: *animus liberalibus disciplinis non innutritus tantum, sed innatus.* Expectaveris sane pro ἐντρεφόμενος potius ἐντεθραμμένος, sed haec temporum transmutatio vix offendere nos potest in N. T. scriptore (vid. *Planck.* l. l. pag. 38. coll. *Schleiermachero* p. 54. sq.), et indicatur participio ἐντρεφόμενος, ut recte animadvertit ad hunc nostrum locum Theophylactus, τὸ ἀδιάλειπτον τῆς εἰς τὰ τοιαῦτα προσοχῆς, τὸ συνεχῶς τὰ αὐτὰ στρέφειν καὶ οἷον ἀναμαρυκᾶσθαι. Caeterum conferantur, quae collegit *Irmisch.* ad Herodian. V, 3, 5. — ἧ παρηκολούθηκας, *quam* (sc. διδασκαλίαν) *diligenter investigasti.* Dicitur nempe παρακολουθεῖν de eo, qui rerum cognitionem studiose persecutus est, ita, ut eam sit assecutus. Vid. *Taylor.* ad Demosth. Orat. de male gesta legat. p. 423. v. 25. *Kuinoel.* et imprimis *Bornemann.* ad Luc. I, 3.

V. 7. *Profana vero et anilia commenta devita.* De voce βέβηλος vid. cap. I, 9. — μῦθοι illi h. l. βέβηλοι vocantur, quia ita comparati erant, ut plane nullam cum εὐσεβείᾳ conjunctionem, nullam ad eam utilitatem haberent. — γραώδης vero sive γραϊκὸς saepe vocabulo μῦθος junctum legitur, quod pluribus exemplis probavit *Wetsten.* ad h. l. Simili modo dicit Plato in Gorgia s. 82., p. 259. *Findeis.* τάχα δ' οὖν ταῦτα μῦθός σοι δοκεῖ λέγεσθαι, ὥσπερ γραός. Cf. *Schleierm.* p. 103. *Planck.* p. 82. — παραιτοῦ, *detrecta, respue,* ut ap. Diog. Laert. IV, 9, 5. τὰ δὲ δεῖπνα λοιπὸν παρητεῖτο διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. Vid. *Wahl.* in *Clavi* II, p. 254. Chrysostomus non inepte scribit: παραιτοῦ τὴν τελείαν ἀποφυγὴν αἰνίττεται. — Putarunt quidem nonnulli, respici hic ad Essenorum errores eorumque severiorem vivendi rationem. Sed totus contextus docet, Paulum h. l. potius errores in ipsa ecclesia Christiana serpentes in mente habuisse. Multo minus Gnosticorum vana commenta, quae sane μῦθοι βέβηλοι καὶ γραώδεις dici possint, hoc in loco taxari videntur; nam illo tempore, quo Paulus hanc scribebat epistolam, minime excultae jam erant Gnosticorum fabulae, sed primae tantum gnosticismi lineae ducebantur. Quae quum ita sint, statuamus necesse est, apostolum ad quosdam doctores erroneos in ipsa ecclesia Ephesia sententias vanas et falsas noxiasque religioni spargentes respexisse. Quinam illi doctores fuerint, plane ignoramus. — γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. *Ita te ipsum exerceas, ut illa exercitatione εὐσεβῆς evadas.* Indicat nempe h. l. praepositio πρὸς finem, ad quem illa γυμνασία vergat. De hoc hujus praeposit. usu vid. *Winer. Gr. N. T.* p. 343. γυμνάζειν legitur etiam Hebr. V, 14. XII, 11. 2 Petr. II, 14., ita ut non debuerit offendere *Schleiermacherus* l. l. pag. 104. in hoc verbo. — Per εὐσέβειαν esse intelligendum βίον καθαρὸν καὶ πολιτείαν ἀρίστην, bene observavit ad h. l. Chrysostomus.

V. 8. Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος. *Illud enim exercitium, quod ad solum*

ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγ-
9 γελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. Πιστὸς ὁ
10 λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος· εἰς τοῦτο γὰρ καὶ κο-
πιῶμεν καὶ ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, ὅς
11 ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν. Παράγ-
12 γελλε ταῦτα, καὶ δίδασκε. Μηδείς σου τῆς νεότητος κα-

corpus pertinet, parum utilitatis affert. Vox γυμνασία ex palaestra petita est, et indicat proprie exercitationem, qua exercebantur juvenes roboris ac valetudinis acquirendae firmandaeque causa. Vid. *Perizon.* ad Aelian. III, 38. pag. 226. ed. *Kuehn.* et *Wetsten.* ad h. l. — Nostro in loco intelligere videtur apostolus sub σωματικῇ γυμνασίᾳ v. c. rigidam duritiem in tractando corpore, abstinentiam a matrimonio et quibusdam cibis. Haec abstinentia illis temporibus et sub quibusdam conditionibus aliquam sane habere potuit utilitatem, sed minorem tamen; quare dicit P.: πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος. — πρὸς πάντα multitudinem et magnitudinem illorum commodorum indicat, quibus ἡ εὐσέβεια accumulet homines. Chrysostomus ad verba πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν scribit: διηνεκὲς καὶ ἄφθονον ἔχει τὸ κέρδος. — ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης, *hujus pariter ac futurae vitae praemia proposita habet.* Hac enim in vita animi pacem et tranquillitatem, in altera illa vita felicitatem aeternum duraturam nobis largietur ἡ εὐσέβεια. Similiter Seneca ep. 79. *Nulli non virtus et vivo et mortuo gratiam retulit, si modo illam bona secutus est fide.*

V. 9. Πιστὸς ὁ λόγος sine dubio ad antecedentia statim verba spectat. Opus enim erat Paulo atque Timotheo, ut in suis laboribus religionis causa suscipiendis ante oculos semper haberent praemia in illa vita futura ipsos mansura. Vid. *Planckius* l. l. p. 191.

V. 10. εἰς τοῦτο cohaeret cum sequenti ὅτι: *propterea quod.* Vid. *Wahl.* T. I, p. 431. sq. et 850. *Ideo enim labores et contumelias perferimus, quia spem nostram reponimus in Deo immortali, qui salutem omnium hominum, maxime Christi cultorum respicit.* ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι. Bene hic notetur discrimen, quod est inter ἐλπίζειν ἐπί τι et ἐλπ. ἐπί τινι. Prius illud est *sperare aliquid*, ut nos v. c. dicimus: *auf einen Freund hoffen*, sperare amicum esse venturum. Sic dicit Petrus 1 ep. I, 13. ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν, *hoffet auf die Gnade, die euch zu Theil werden soll.* Alterum hoc: ἐλπίζειν ἐπί τινι est: *spem reponere in aliquo* ut h. l. — Θεῷ ζῶντι. Vid. *Wahl.* in *Cl.* I, 683. — σωτὴρ deus etiam h. l. non dicitur respectu salutis illius per Christum partae, sed ideo, quod servat, beat, beneficiis cumulat lubentissime humanum genus. Hinc omnes omnino homines sperare in eum possunt (cf. Cap. II, 4.), maxime vero Christiani (μάλιστα πιστοί), quibus jam summa amoris divini documenta exhibita sunt.

V. 12. Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω. *Heydenreichius, Wegscheiderus* aliique vertunt haec ver-

ταφρονείτω, ἀλλὰ τύπος γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ. Ἕως ἔρχομαι, πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ 13

ba: *Ne cui causam contemnendi tuam juventutem praebe*, ita ut ad Timotheum hoc praeceptum pertineat. Recte vero demonstravit b. *Tittmann. Lex. Synon. N. T.* Spec. VI, p. 10., h. l. vertendum esse: *nemo tuam juventutem despiciat*, ex qua interpretatione hoc praeceptum non tam Timotheo, quam Christianis Ephesiis datum videtur. Nam alio loco demonstrare studuimus, hanc epistolam non soli Timotheo destinatam, sed ideo ad eum perscriptam esse a Paulo, ut alii quoque Christiani eam legerent. Cf. Chrysostomus de Sacerd. II, 7. §. 163., ubi similis sententia legitur: οὐ χρὴ τὴν σύνεσιν ἡλικίᾳ κρίνειν, οὐδὲ τὸν πρεσβύτην ἀπὸ τῆς πολιᾶς δοκιμάζειν. Vid. quae ad hunc Chrysostomi locum ex Philone citavit *Hoeschelius.* — Verba sequentia: τύπος γίνου κ. τ. λ. nos non morantur. Hoc unum monendum videtur, verba ἐν πνεύματι criticis de causis ejicienda esse e textu. Absunt enim haec verba a multis codicibus, versionibus et patrum ecclesiae commentariis. Vid. *Griesbach.* et *Koppe* ad h. l. Si quis vero haec verba tueri velit, modo ne cogitet de *Πνεύματι ἁγίῳ*, de quo hic omnino non est sermo, sed potius vertendum: *fervore sancto, mit heiliger Begeisterung.* Cf. Coloss. I, 8. Nonne enim ita imprimis religionis doctor esse aliis potest exemplo? Nonne ostendere potest suo animi fervore, quo sensu et animo de rebus sacris verba facienda sint? — ἐν ἁγνείᾳ. Est quidem vulgaris interpretum opinio, addidisse haec apostolum, ne forte Tim. nihil omnino tribuendo γυμνασίᾳ σωματικῇ (v. 8.) ea committeret, quae dedecori sint homini Christiano. Sed quid ad v. 8. confugere opus est? Nonne saepius apostoli sine singulari quadam causa commendant suis animum illum ἁγνόν? Qua in re constet illa ἁγνεία, docuit *Tittmann. Lex. Synon. N. T.* Spec. I, p. 8.

V. 13. Ἕως ἔρχομαι: mox enim P. Ephesum iter facere sibi proposuerat. Vid. c. III, 14. — πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, *operam impende publicae librorum sacrorum praelectioni.* Jam in Judaeorum Synagoga hic erat statutus ordo, ut primum pensum aliquod ex V. T. publice praelegeretur, deinceps explicaretur. Cf. *Kuinoel.* ad Actt. XIII, 15. Hunc Judaeorum morem mox secuti sunt Christiani, ita, ut ab initio e V. T., paulo post etiam e N. T. locus aliquis ab ἀναγνώσῃ recitatus explicaretur. Illa praelectio publica vocabatur ἀνάγνωσις, haec explicatio παράκλησις quod videre est ex loco Just. Mart. Apol. II, p. 98., quem excitavit *Heydenreichius*: „Τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἄγρους μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. Εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν (leg. παράκλησιν) τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται.“ — διδασκαλία *privata admonitio* esse videtur, quum παράκλησις procul dubio in sermone ecclesiastico publicam institutionem indicet. Chrysostomus tamen contrarium statuit, παράκλησιν πρὸς ἀλ-

14 διδασκαλίᾳ. Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη
σοι διὰ προφητείας μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ
15 πρεσβυτερίου. Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι· ἵνα σοῦ

ἀήλους, διδασκαλίαν πρὸς πάντας referens. Non satis recte. Vid. *Heydenreich.* ad h. l.

V. 14. *Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος κ. τ. λ. Ne neglige dotes, quae in te sunt, singulares, collatas tibi bonis auguriis atque impositis a senioribus manibus.* — *μὴ ἀμέλει.* Vid. de construct. hujus verbi *Matthiae* §. 326. Herodian. II, 8, 17. τῆς εἰς τὴν Ῥώμην ἀφόδου ἠμέλει.— *χαρίσματος.* Cf. Intpp. ad 1 Cor. XII, 9. Erant *χαρίσματα* omnia dona plane singularia, quibus gaudebant apostoli et ii Christiani, quibus dona illa ab apostolis impertita erant. Varia erant horum *χαρισμάτων* genera; alius alio dono excellebat. Timotheum uno dono imprimis valuisse, indicat numerus singularis, quo hic utitur Paulus. — *διὰ προφητείας, ope augurii, vermittelst der Weissagung.* Adfuerunt fortassis, quum manus imponebantur Timotheo, prophetae Christiani, qui praesagiebant faustissima quaevis, et dignum eum fore dicebant ecclesiae doctorem. His auguriis indolem nactus esse videtur, qua ad *χάρισμα* accipiendum opus erat. Hoc inest in praepositione *διά.* Quum tamen simul manus ei impositae essent, addidit P.: *μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν.* De manuum impositione vid. *Neander Gesch. der Apostel* T. I, pag. 132. — In voce *πρεσβυτερίου* haesit *Schleiermacher.* l. l. p. 58. Non facile, inquit, Paulus nomen presbyterii, quod in Synedrium Hierosolymitanum Judaeorum cadebat, usurpare potuit de paucis illis presbyteris, qui aderant, quum Timotheo manus imponebantur. Sed non inepte monuit *Planck.* l. l. pag. 41., etiam in minoribus Judaeorum urbibus minora fuisse presbyteria, ita ut comparate ad illa satis apte P. presbyteris Lycaoniae et Lystrae Christianis idem *πρεσβυτερίου* nomen tribuerit.

V. 15. *Ταῦτα μελέτα κ. τ. λ. Haec meditare, omnis in his esto.* *Ταῦτα* referendum ad omnia ea, quae a v. 12. usque ad v. 14. praeceperat P. Timotheo. — De formula *ἔν τινι εἶναι, rei alicui sedulo operam navare*, cf. *Sturz. Lex. Xenoph.* II, 55. lin. 1. e., et *Raphel. Annotatt. ex Xenoph.* ad h. l. Horat. Epp. I, 1, 11. „*Quid verum atque decens curo — et omnis in hoc sum.*“ — *ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν, ut ubivis profectus tui pateant.* — *προκοπή, profectus, incrementum.* Verbum nimirum *προκόπτειν*, ut recte docuit *Kuinoelius* ad Luc. II, 52., proprie est eorum, qui virgulta et dumeta praescindunt, ut commoda reddatur via. Deinde est: *progressus facere.* Cf. *Graevius* ad Lucian. Soloec. T. II, pag. 746. Hinc *προκοπὴ* est *progressus.* Cf. Phil. I, 12. 25. 2 Maccab. VIII, 8. Jesus Sirac. LI, 17. *προκοπὴ ἐγένετό μοι ἐν αὐτῇ.* Apud seriores tantum scriptores Graecos obviam esse hanc vocem, docuit *Lobeck.* ad Phrynich. p. 85. *Wahl.* in *Clav.* s. h. v. *Schleusner.* in *Nov. Thes.* s. h. v. et *Wegscheiderus* ad h. l.

ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν. Ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ 16
διδασκαλίᾳ· ἐπίμενε αὐτοῖς. Τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυ-
τὸν σώσεις καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου.

Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ἀλλὰ παρακάλει ὡς πα- 1

V. 16. Ἔπεχε σεαυτῷ κ.τ.λ. *Attende tibi ipsi et doctrinae, permane in his: hoc enim si feceris, et te ipsum servabis, et eos, qui te audiunt.* Cumulat sane h. l. Paulus adhortationes, unde ejus amorem in Timotheum et in Christianos Timotheo subditos intelligas. — Ἔπεχε — διδασκαλίᾳ. „*Duo sunt curanda bono Pastori*, inquit *Calvinus* ad h. l., *ut docendo invigilet, et se ipsum purum custodiat. Neque enim satis est, si vitam suam componat ad omnem honestatem, sibique caveat, ne quod edat malum exemplum, nisi assiduum quoque docendi studium adjungat sanctae vitae. Et parum valebit doctrina, si non respondeat vitae honestas et sanctitas. Non ergo abs re Paulus Timotheum incitat, ut tam privatim sibi attendat, quam doctrinae in communem ecclesiae usum.*“ — ἐπίμενε αὐτοῖς. Indefinite positum est αὐτοῖς. *Lutherus: Beharre in diesen Stücken*, h. e. in praeceptis, quae tibi scripsi, ἐπίμενε αὐτοῖς, οἷς ἔμαθες. Vid. *Wegscheider.* ad h. l. Reliqua sunt facilia.

Cap. V. V. 1. Inde a capite quinto usque ad finem epistolae longam habemus praeceptorum seriem, quae partim ad externum ecclesiae statum spectant, partim vero vivendi agendique normam ipsi Timotheo praescribunt; et primum quidem, ut ne hominibus utriusque sexus aetate provectioribus debitam verecundiam deneget, τέκνῳ γνησίῳ suo auctor est atque suasor apostolus. — Πρεσβυτέρῳ. Hoc vocabulum non indicare *presbyterum*, sed *hominem annosum*, jam vidit Chrysostomus, quem secuti sunt recentiores interpretes tantum non omnes. Ex profanis jam scriptoribus intelligimus, grande nefas credidisse ethnicos, si quis juvenis cano capiti debitum honorem denegasset. Sic v. c. canit Ovid. Fast. V, 57.

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat.

Cf. Juvenal. Sat. XIII, 54. sq. Cic. de Senect. c. XVIII. et Plutarch. de Puer. Educ. X, 6. „διὰ γὰρ φιλοσοφίαν ἔστι γνῶναι, — ὅτι δεῖ Θεοὺς μὲν σέβεσθαι, γονέας δὲ τιμᾶν, πρεσβυτέρους αἰδεῖσθαι. — μὴ ἐπιπλήξῃς, *ne increpa, ne severius corrige.* Cf. de hoc verbo *Irmisch.* ad Herodian. III, 13, 13. Hesychius explicat per ἐπελθεῖν, ἐπιτιμῆσαι, ὑβρίσαι. Apud Homerum construitur hoc verbum, quod alias in N. T. non legitur, plerumque cum accusativo, prosae orationis scriptores vero semper fere ei adjungunt tertium casum. Vid. *Passow* in *Lex.* s. h. v. Causa, quae Paulum impulerit, ut Timotheo hoc imprimis praeceptum scriberet, in promtu est. Quum nimirum supra scripsisset, nemini licere ex juventute Timothei ejus despiciendi occasionem sumere, nunc jam ipsum hortatur Timotheum, ut semper memor suae νεότητος ita se gerat erga seniores, uti revera deceat virum juniorem. — ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα, *tamquam patrem eum hortare.*

2 τέρα, νεωτέρους ὡς ἀδελφούς, πρεσβυτέρας ὡς μητέρας, 3 νεωτέρας ὡς ἀδελφάς, ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ. Χήρας τίμα, τὰς

Sic dicit Cicero ad Famil. V, 8. de P. Crasso juvene: *Me sicut alterum parentem observat.* Nonnulli interpretes afferunt etiam locum Plutarchi, qui dicit de Apollonii filio: αἰδούμενος τοὺς πρεσβυτέρους — ὡς πατέρας. Imprimis quadrant in nostrum locum, quae scripsit Athenagoras Legat. pro Christian. p. 36. „καθ' ἡλικίαν τοὺς μὲν υἱοὺς καὶ θυγατέρας νοοῦμεν, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχομεν καὶ ἀδελφάς, καὶ τοῖς προβεβηκόσι τὴν τῶν πατέρων καὶ μητέρων τιμὴν ἀπονέμομεν."

V. 2. ἀδελφάς. Bene monet *Bengel.* in *Gnomon.* ad h. v. „*Hic respectus egregie adjuvat castitatem.*" Et ne Tim. aliis calumniandi praeberet occasionem, addidit etiam ap. verba: ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ, quae sane referri possint ad omnia, quae v. 1. dixerat apostolus (vid. *Heydenreich.* ad h. l.), melius tamen referuntur ad proxime praecedentia verba: νεωτέρας παρακάλει ὡς ἀδελφάς, ut recte jam vidit Chrysostomus, qui, μηδὲ ὑποψίαν δῷς, inquit, ἐπειδὴ αἱ πρὸς τὰς νεωτέρας γινόμεναι ὁμιλίαι δυσκόλως διαφεύγουσιν ὑποψίαν — μήτε σκιὰν προφάσεως παρέχων τοῖς διαβάλλειν βουλομένοις.

V. 3. Χήρας τίμα, τὰς ὄντως χήρας. Prolixius disserimus de h. l. ad finem Exc. III., ubi demonstrare studuimus, proprio suo significatu esse h. l. verbum τιμᾶν accipiendum, ut sensus foret: *Viduas, quae, se viduas esse, revera ostendunt, debito honore prosequere.* Habemus igitur simile praeceptum illi, quod versibus antecedentibus dederat, respectu tamen ad viduas habito. De stipendiis in viduas conferendis sermo sane non esse videtur. Quaeritur vero, quaenam sint αἱ ὄντως χῆραι. In quibus verbis explicandis vera mihi videsse videtur *Schleiermacherus*, qui l. l. p. 212. haec scripsit: „*Schliesst sich nicht dieser Vers ganz genau an das vorige an, und kann man also das* τιμᾶν *in Bezug auf die Wittwen anders als auch vom Betragen verstehen: „halte sie in Ehren?" und wenn nur diess gemeint sein kann, folgt nicht nothwendig, dass wir* ἡ ὄντως χήρα *verstehen müssen „die rechte Wittwen sind der Gesinnung nach"? Mir wenigstens scheint hier die Stellung durchaus nur diese Auslegung beider Ausdrücke zu gestatten.*" Argumenta, quibus *Planckius* p. 212. virum egregium refutare studuit, non satis ponderis habere videntur. — αἱ ὄντως χῆραι quaenam sint, ipse ostendit apostolus versu quinto. Contendunt quidem interpretes, τὴν ὄντως χήραν esse eam, quae non solum marito, sed omnibus aliis etiam vitae adminiculis orbata sit, et provocant ad hanc sententiam firmandam ad v. μεμονωμένη v. 5., de quo tamen postea sermonem instituemus. Quamvis vero negari omnino nequit, veram viduam non solum bene vocari posse, sed etiam v. 16. revera vocari eam, quae rebus ad vitam sustentandam necessariis destituta sit, tamen non idonea hoc nostro in loco adest causa, ex qua de viduis prorsus egenis accipiamus verba τὰς ὄντως χήρας. Imo ex verbis commatis sexti, ubi sine dubio ἡ σπαταλῶσα opponitur ab apostolo τῇ ὄντως χήρᾳ, satis edocemur, veram viduam esse apostolo eam, *quae sensu probo et pio regatur et vitam sequatur*

ὄντως χήρας. Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, 4
μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ
ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· τοῦτο γάρ ἐστι κα-
λὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ ὄντως χήρα 5

castam, compositam, honestam. Simili modo de nostro loco sentit *Schleiermacherus* p. 213. Idem V. D. recte monet, adverbium ὄντως, quod omnino raro occurrat in N. T., nunquam alias in N. T. praecedente articulo cum substantivo jungi. Sed Graecis scriptoribus hic hujus adverbii usus non est infrequens. Vid. Aelian. V. H. XII, 64. τὸ μὲν ὄντως Ἀλεξάνδρου σῶμα προὔπεμψε.

V. 4. *Εἰ δέ τις — Θεοῦ. Si qua autem vidua adhuc gaudet liberis nepotibusve, hi ante omnia adsuescant suam familiam colere et majoribus beneficia accepta retribuere, quod quidem Deo gratum acceptumque est.*— De v. ἔκγονα docte commentatus est *Schleiermacherus* l. l. pag. 61. ita: „*Ganz sicher können wir die Glosse aus Hesychius ἔκγονα· τέκνα τέκνων auf unsere Stelle beziehen. In den LXX kommt das Wort ganz unbestimmt für ἀπόγονοι vor* [Cf. Job. V, 25. Jes. XLVIII, 19. LXI, 9. Vid. *Schleusner. Lex. in LXX Intpp.* s. h. v.], *und es liegt auch hier gewiss zum Grunde, und wenn es eine Wittwe bis zu Urenkeln sollte gebracht haben, so wollte unser Verf. diese gewiss mit darunter begriffen wissen.*" Caeterum notandum est, etiam hoc vocabulum esse ἅπαξ λεγόμενον in N. T. Vid. *Wahl.* in *Clav.* s. h. v. — Sine omni causa retulerunt nonnulli Intpp. v. μανθανέτωσαν ad viduas. Subjectum est proxime praecedens ἔκγονα. Vid. *Heydenreich.* l. l. pag. 261. sqq. — πρῶτον. Alii VV. DD., qui τιμᾷν antecedente commate vertunt: *beneficiis ornare*, adverbium πρῶτον reddunt: *prius*, ita, ut sensus sit: Priusquam vidua beneficiis juvatur, discant ejus liberi vel nepotes justam suis familiis pietatem exhibere, ne sc. gravetur ecclesia. Sed quid impedit, quo minus vertamus πρῶτον per: *ante omnia? Sie mögen vorzüglich lernen ihr eignes Haus wohl zu achten.* Vid. *Passow* in *Lex.* s. v. πρῶτος. — De verbo εὐσεβεῖν, quod Ambrosius reddidit: *pie tractare*, vid. *Wahl.* in *Cl.* s. h. v. Hist. Sus. 64. εὐσεβήσουσι γὰρ νεώτεροι. — ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι, *beneficia accepta compensare.* ἀμοιβὴ extat tantum nostro in loco. Hesychius: ἀμοιβαί· χάριτες, ἀνταποδόσεις. — Verba τοῦτο γάρ ἐστι — τοῦ Θεοῦ explicui jam ad Cap. II, v. 3.

V. 5. Dicunt quidem interpretum plerique, καὶ h. l. esse ἐξηγητικόν. Male, opinor. Supra jam ad v. tertium demonstrare studuimus, τὰς ὄντως χήρας esse viduas *pias et probas.* Ita et h. l. accipiendum esse, verba sequentia satis clare indicant. Si enim ἡ ὄντως χήρα eadem esset, quae μεμονωμένη, quomodo addere potuisset Paulus: ἤλπικεν — νυκτὸς καὶ ἡμέρας? quomodo tum τῇ ὄντως χήρᾳ opponere potuisset τὴν σπαταλῶσαν? — ἤλπικεν, *speravit et etiamnum sperat.* Vid. de hoc praeteriti temporis usu *Winer.* in *Gramm. N. T.* pag. 223. — καὶ προσμένει — ἡμέρας, *et noctu atque interdiu precibus vacat.* De genitivis νυκτὸς

καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς 6 δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας· ἡ δὲ 7 σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε. Καὶ ταῦτα παράγγελλε, ἵνα 8 ἀνεπίλημπτοι ὦσιν. Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα τῶν

καὶ ἡμέρας vid. *Winer.* l. l. pag. 169. sq. et *Wahl, Clav. N. T.* II, 132. Caeterum innui verbis νυκτὸς καὶ ἡμέρας studium plane indefessum, quis est, qui ignoret? Bene etiam verbis: προσμένει — ἡμέρας, subjecta sunt illa verba: ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεόν. Nam ex fiducia in Deo sponte fluit ardor precum. Hieronymus Epist. ad Gerontiam scribit: „*quibus Deus spes est, et omne opus oratio.*“

V. 6. ἡ δὲ σπαταλῶσα, *quae contra luxuriose vivit, ea jam mortua habenda est.* De verbo σπαταλᾶν, quod explicuit Hesychius per τρυφᾶν, docte egerunt praeter *Wolfium* in *Curis* ad h. l. *Schleusner.* in *Lex.* et *Post.* ad Jacob. V, 5. — ζῶσα τέθνηκεν. Verum horum verborum sensum expressit Theophylactus: κἂν δοκεῖ ζῆν ταύτην τὴν αἰσθητὴν, τέθνηκε κατὰ πνεῦμα. Interdixisse his verbis apostolum publicam viduarum luxuriose viventium sustentationem, quae est plerorumque interpretum opinio, mihi certe vix persuadeo. Habemus similes sententias saeculis apud profanos adeo scriptores. Dicit Seneca, homines luxuriosos *mortem suam antecessisse*, et quaerit idem philosophus alio loco de vita luxuriosa: *Ista vita nonne mors est?* Ita et h. l. sensum magis universalem habere videntur verba apostoli. Quaerenti ex nobis, quomodo apostolus de viduis σπαταλώσαις imprimis dicere potuisset, eas ζώσας τεθνηκέναι, respondemus cum *Bengelio* (*Gnomon.* p. 960.), maxime sane in viduam voluptuosam cadere haec verba: „*quippe quae nec naturaliter jam, nec spiritualiter frugi sit.*“ Et pertinent huc etiam Chrysostomi verba, qui ad h. l. ita scripsit: οἱ ζῶντες οὐχὶ τούτῳ διεστήκασι τῶν νεκρῶν μόνον, τῷ τὸν ἥλιον ὁρᾶν, — ἀλλὰ τῷ ἀγαθόν τι ποιεῖν· ἐπεὶ, εἰ μὴ τοῦτο προσῆ, τῶν τεθνεώτων οὐδὲν κρείττονες ἔσονται.

V. 7. ταῦτα: nimirum quae inde a v. tertio usque ad sextum praeceperat apostolus.

V. 8. Repetit ap. fere eadem, quae v. 4. injunxerat. *Si quis suos, maxime quos domi habet, non curat, is sane contemnit doctrinam Christi, quin imo ethnico pejor est.* Male alii interpretes contendunt, respexisse his in verbis apostolum ad illarum viduarum, de quibus hic sermo instituitur, consanguineos; pejus etiam alii his ipsis viduis apostolum hoc in loco injunxisse praeceptum statuunt. Continetur potius etiam hoc commate sententia universalis, quam dicunt. Discrimen, quod intercedit inter ἰδίους et οἰκείους, bene indicavit *Lutherus* in versione vernacula: *So Jemand die Seinen, sonderlich seine Hausgenossen, nicht versorget* etc. Ἴδιοι nimirum sunt propinqui in universum, οἰκεῖοι vero sunt illi propinqui, qui unam nobiscum familiam efficiunt. Hesychius: οἰκεῖοι· οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἀλλήλοις προσήκοντες, καὶ ἴδιοι, καὶ κατ' οἰκίαν πάντες. — Verbum προ-

οἰκείων, οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων. Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή, ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη· εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ

νοεῖν indicat curam corporis. — τὴν πίστιν ἤρνηται, *factis renuntiat fidei Christianae.* Vid. *Wahl. Clav.* T. I, p. 147. „*Fides enim non tollit officia naturalia, sed perficit,*“ ut bene ad h. l. monet *Bengelius* in *Gnomone.* — De particula καὶ, quae h. l. vertenda *imo, quin imo,* vid. *Passow* et *Wahlius* in Lexicis. — ἔστιν ἀπίστου χείρων. Nam ethnici legem scriptam non habentes φύσει τὰ τοῦ νόμου ἐποίησαν. Et scatent sane libri scriptorum ethnicorum praeceptis officia erga cognatos injungentibus. Cic. de Fin. III, 19.: „*Perspicuum est, a naturâ ipsa nos, ut eos, quos genuerimus, amemus, impelli.*“ Post red. in senat. 1.: „*Parentes carissimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est.*“ Cf. De Offic. III, 31. Quaest. Tusc. V, 27. Isocrat. ad Demon. 37. Τὸν μὲν θεὸν, inquit, φοβοῦ, τοὺς δὲ γονεῖς τίμα, τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου, τοῖς δὲ νόμοις πείθου. Profecto praeceptum vel spiritu divino haud indignum!

V. 9. De hoc versiculo vid. Exc. II. — *Vidua eligatur* (in numerum presbyterissarum referatur) *non minor sexaginta annorum, semel tantum marito nupta, ob recte facta laudibus ornata, si liberos educaverit, hospitaliter peregrinos receperit, Dei cultorum pedes laverit, miseris opem tulerit, atque in universum honeste factis studuerit.* — γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνὴ est praeceptum simile illi, quod legimus c. III, v. 2. Scripsit haec ap. contra polygamiam successivam. Tertull. ad uxor. I, 7.: „*Disciplina ecclesiae et praescriptio Apostoli viduam adligi in ordinationem, nisi univiram, non concedit.*“ Vid. *Vitringa de synag. vet.* p. 659—662. Recte quidem monent interpretes, alteras nuptias per se non improbari ab apostolo, provocantes ad 1 Cor. VII, 8. 9. et ad 1 Tim. V, 14.; at in illis locis de Christianis in universum, non de iis, quibus ecclesiae cura demandata erat, loquitur. Personis ecclesiasticis vero, quales erant etiam πρεσβύτιδες, interdicitur polygamia successiva. — καλὰ ἔργα sunt *recte et praeclare facta.* Rectissime *Lutherus: die ein Zeugniss guter Werke habe.*

V. 10. Particulam εἰ non conjungo cum μαρτυρουμένη, quod voluit *Heydenreich.*, sed cum illis verbis, quae in limine v. 9. leguntur, χήρα καταλεγέσθω. Non ignoro quidem, post se habere verbum μαρτυρεῖσθαι, ubi notat *testimonium exhibere,* particulam εἰ (cf. Act. XXVI, 22. 23.); hujus nostri loci tamen prorsus alia est ratio, quod vidit S. V. *Wahlius*, qui in *Cl. N. T.* Tom. I, p. 363., ubi de particula εἰ verbum μαρτυρεῖσθαι sequente scripsit, uncinis inclusit nostrum locum. — ἐτεκνοτρόφησεν. Errant Theodoretus et Chrysostomus et cum iis Intpp. recentiores fere omnes, dum contendunt, apostolum desiderare h. l. in viduis καταλεγομέναις hoc, ut ad omnem pietatem educaverint liberos. Hoc certe a nostro loco

11 ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν

est alienum. Rectissime *Lutherus: so sie Kinder aufgezogen hat.* Hoc poscebatur a presbyterissis, quarum erat, liberos parentibus orbos educare, ut probare studuimus Exc. II. — Verbis εἰ ἄγλωων πόδας ἔνιψεν accuratius definit ξενοδοχίαν illam, de qua statim antea locutus erat. Persolvisse adeo necesse est ejusmodi viduam τὰς ἐσχάτας ὑπηρεσίας (Sap. XIII, 11. *Duker.* ad Thuc. VI, 31.) τοῖς ἁγίοις ἀνεπαισχύντως, quae sunt verba Oecumenii. Non inepte animadvertit *Heydenreichius* ad h. l.: „*Einer Person, die ehemals als Hausfrau und Hauswirthin den eigenen Gästen dergleichen mit Willigkeit und Liebe gethan hatte, war zuzutrauen, dass sie auch als öffentliche Kirchendienerin die im Namen der Gemeine den Fremden zu erweisenden Dienste pünktlich und mit liebevoller, freundlicher Sorgsamkeit leisten werde.*“ — εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν. Scripsit *Schleiermacherus* de h. l. pag. 61. l. l. ita: „ἐπαρκεῖν, *auch ein sonst nicht neutestam. Wort, haben Sie hier gleich dreimal, v.* 10. *und* v. 16. *bis. Aber freilich in den Maccab. werden Ihnen Schleusner und Biel Stellen genug nachweisen.*“ Quid vero opus, ut confugiamus ad libros Maccabaeorum? Qui exempla ex optimis Graeciae scriptoribus desiderat, adeat *Sturzium* in *Lex. Xenoph.* et *Kypkium* ad h. l. — εἰ πακτὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε: *so sie allem guten Werk nachgekommen ist,* vertit *Lutherus;* qua versione nihil verius cogitari potest. Nimirum ἐπακολουθεῖν τινὶ est quod nos dicimus: *einer Sache nachgehen.* Vidit hoc bene *Schleiermacherus,* qui, ut firmaret hunc hujus verbi significatum, provocavit l. l. pag. 62. ad illud ἐπακολουθεῖν τῷ πραττομένῳ, quod legitur apud Platonem de Rep. II, p. 370. b. Quod vero quum rectissime viderit vir beatus, non satis profecto eum possum mirari, quod ad ἐπηκολούθησε supplevit αὐτοῖς sc. θλιβομένοις.

V. 11. *Noli tamen juniores viduas admittere,* nimirum ad τὴν τάξιν τῶν πρεσβυτίδων. — καταστρηνιάζειν. Contendit *Heydenreichius* derivandum esse hoc verbum παρὰ τὸ στερεῖν καὶ ἀποσπᾶν τὰς ἡνίας, ut sit: *frena abjicere.* Vellem scire, a quonam Grammatico didicerit V. D. hoc hujus verbi etymon. Imo derivandumest a στρηνὴς, sive στρηνὸς, quod significat *rem prae nimia succi copia turgescentem,* metaphorice, de hominibus usurpatum, est, *insolescens.* Stat pro illa explicatione Hesychius, cui στρηνιῶντες sunt πεπλησμένοι. Vertenda igitur erunt verba ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι: *quando insolentiores factae sunt, quando luxuriare inceperunt.* Egit de h. v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 387., quem excitavit *Wahlius.* Construitur vero hoc verbum semper cum genitivo. Quid vero est καταστρηνιάζειν τινός? Recte explicuit *Wahlius* s. h. v.: *in detrimentum, in dedecus alicujus luxuriare.* Ergo h. l.: *quando in Christi* (cui sese quasi dicaverant) *dedecus luxuria diffluere inceperunt,* γαμεῖν θέλουσιν, *secundas nuptias inire gestiunt.* Hieronymus de phrasi illa καταστρ. τοῦ Χριστοῦ ita scripsit: „*Fornicari in injuriam viri sui Christi: hoc graecus sermo significat.*“

θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτη- 12
σαν. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς 13
οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαί, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περί-

V. 12. ἔχουσαι κρίμα, *hoc jam judicium habentes, sie haben schon das Strafurtheil.* **Wegscheiderus** contra κρίμα dictum putat pro ὀνειδισμῷ, ut sensus sit: alii homines eos vituperabunt.— τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. Quantopere Intpp. desudaverint in his verbis explicandis, vix dici potest. Inepte explicat haec verba **Heinrichsius** de viduis a religione Christiana deficientibus; ineptius etiam **Wegscheiderus** vertit: „*Sie ziehen sich den Vorwurf zu, dass sie über dem Heirathsgelüste ihren früher bewiesenen Eifer für die Religion vernachlässigen.*“ Res satis clara est. Viduae illae γαμεῖν θέλουσαι fidem dabant sponso. Sed quia ad ordinem viduarum ecclesiasticarum pertinebant, jam sponsae quasi erant, nimirum Christo. Hanc igitur fidem, quam primum dederant Christo, nunc fallebant. Cf. **Schleiermacher.** l. l. p. 217. sq. Locos ex patrum ecclesiae scriptis nostram hujus loci interpretationem firmantes attulit **Heydenreich.** l. l. p. 281.

V. 13. Verbum μανθάνειν cum participio junctum apud optimos scriptores non *discendi*, sed *cognoscendi* sive *reputandi* notionem habere, inter omnes constat. Vid. **Goeller.** ad Thucyd. I, 36. Intpp. ad Lucian. Diall. Deor. XIII, 2. **Matthiae** Gr. §. 555. not. et **Winer.** Gr. p. 285. ed. 3. Legitur quidem locus apud Xenoph. Cyrop. VI, 2, 11. ἕως ἂν μάθωμεν ὑδροποτας γενόμενοι, in quo loco μανθάνειν *discendi*, *adsuescendi* notionem retinuit. At **Zeunius** jam cum **Stephano** et **Hutchinsono** praeferebat in illo loco Xenophonteo λάθωμεν, quod est etiam in libris Mss. Vid. **Sturz.** Lex. Xenoph. s. v. μανθάνειν. Jam vero quod ad nostrum locum attinet, non sine duritie intruderemus huic verbo significationem *cognoscendi*, *reputandi*. Statuendum igitur videtur, Paulum secus quam scriptores Graecos meliores usurpasse verbum μανθάνειν cum participio ita, ut tamen significet *discere*, seu potius *solere*, quam posteriorem notionem adstruxit huic verbo **Hermannus** ad Viger. p. 755. ed. 3. Vertenda igitur sunt verba: *Simul vero etiam otiosae* (illae viduae adolescentiores) *circumcursitare solent domus.* **Toupius** (*Emend. in Suid.* II, p. 124.) pro μανθάνουσι legendum censuit λανθάνουσι, quam tamen conjecturam certe non ingeniosam vocaverim cum **Heinrichsio.** — οὐ μόνον δὲ ἀργαί. Corrigit apostolus his verbis priorem sententiam, quam figuram ἐπανόρθωσιν vocare solent rhetorici. *Non solum otiosae, sed etiam garrulae ac male sedulae nefaria proloquuntur.* In vocc. φλύαρος et περίεργος tanquam ἅπαξ λεγομένοις non debebat offendere **Schleiermacherus.** (Vid. ejus *Sendschr.* p. 62. et 72.) Nam apud Johann. ep. 3, v. 10. est φλυαρεῖν et in Act. XIX, 19. reperitur τὰ περίεργα. Cf. 2 Thess. III, 11., ubi περιεργάζεσθαι usurpat Paulus. De v. φλύαρος, quod est teste Chrysostomo i. q. λάλος, vid. quae docte disputavit **Fischerus** in Indice Aeschin. Socrat. s. h. v. De v. περίεργος, quod notat *hominem male sedulum*, cf. Intpp. ad Theophr. Charr. XIII, 1. (quo in loco tamen magis *ambitio* est ἡ περιεργία) et quae disputavit **Kaeinoel.**

14 ἀργοί, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. Βούλομαι οὖν νεωτέρας
γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν
15 διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν. Ἤδη γάρ τινες
16 ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ. Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ

ad Act. l. l. — λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. Quae illa sint, bene ostendit Theophylactus ad h. l., scribens: περιοδεύουσαι τὰς οἰκίας τὰ ταύτης πρὸς ἐκείνην φέρουσι, καὶ τὰ ἐκείνης εἰς ταύτην, — τὰ πάντων πρὸς πάντας λέγουσι.

V. 14. *Quae quum ita sint, praecipio, ut juniores viduae denuo nubant, liberos gignant, rem familiarem administrent, quo inimico ad calumniandum parato nullam praebeant occasionem.* Verbum τεκνογονεῖν Intpp. fere omnes intellexerunt non solum de liberis *procreandis*, sed etiam *educandis*. Hoc vero non inest in v. τεκνογονεῖν. Tantum de liberorum procreatione sermo est h. l. ut et supra Cap. II, v. 15. Liberorum educationem potius involvit verbum, quod sequitur, οἰκοδεσποτεῖν. De hoc verbo, quod sane apud seriores demum scriptores et apud Paulum tantum nostro in loco reperitur, doctissime exposuit *Schleiermacherus* l. l. p. 62. sq. Cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 373. — Saepe quaesiverunt Intpp., et quis h. l. sit ὁ ἀντικείμενος, et quorsum pertineant verba λοιδορίας χάριν. Jam vero Chrysostomus bene, opinor, τὸν ἀντικείμενον censuit esse ipsum Diabolum. (Verba ejus sunt: μὴ βουλόμενος τὸν Διάβολον ἀφορμὴν λαμβάνειν.) Pugnant pro hac interpretatione imprimis verba sequentia: ἤδη γὰρ — τοῦ Σατανᾶ. Arctè autem cohaerent τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν. Quis vero erit: ὁ ἀντικείμενος λοιδορίας χάριν? Sine dubio: qui adversatur Christianis, ut ipsi religioni Christianae maledicat. Λοιδορία nimirum est, quod nos dicimus: *das Beschimpfen*, sensu activo, quod moneo *Heydenreichii* causa, qui h. v. male interpretatur de dedecore in quod incurrerent viduae a Satana seductae. Jam sensus totius commatis est: Praecipio igitur, ut matrimonium alterum contrahant viduae juniores, et officia bonarum matrumfamilias praestent, ne Satanae lubenter Christianam rem dehonestanti occasionem (ipsas seducendi) praebeant.

V. 15. Non sine causa apostolum praeceptum illud, quod legitur v. 14., scripsisse, id jam ratione quadam ex experientia deducta demonstrat; ἤδη γάρ τινες, inquit, ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ. *Lutherus* vertit: *Es sind schon etliche umgewandt, dem Satan nach.* Recte! Quid in mente habeat apostolus, num de viduis loquatur ad idololatriam reversis (quae est sententia *Wegscheideri*), vel πνεύματα πλάνα secutis (vid. *Heydenreich.* ad h. l.), vel potius peccatorum laqueis irretitis, id sane evinci non potest.

V. 16. *Si quis autem Christianus aut Christiana viduas habuerit sibi cognatas, ferat iis opem, nec ecclesia gravetur necessitate eas alendi, ut veris viduis possit opitulari.* Errant Intpp., qui putant Paulum h. l. idem repetere praeceptum, quod supra v. 8. scripserat. Commate octavo, ut ibi demonstrare conati sumus, Paulus in uni-

ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλη-
σία, ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ. Οἱ καλῶς προε- 17
στῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν· μάλιστα
οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. Λέγει γὰρ ἡ γρα- 18

versum commendaverat beneficientiam affinibus praestandam. Hoc loco vero speciatim loquitur de Christianis viduas domi suae habentibus. — De verbo ἐπαρχεῖν jam supra ad v. 10. contra *Schleiermacherum* disputavimus. Caeterum recte h. l. sequitur singularis ἐπαρκείτω, quia subjecta, quae praecedunt, particula ἤ sejuncta sunt. Vid. *Winer. Gr. N. T.* pag. 298. — καὶ μὴ βαρείσθω, *ne molestiam creent coetui Christiano.* — Caeterum patet, hoc l. τὰς ὄντως χήρας esse viduas egentes. Ὅσῳ γὰρ ἄν τις, inquit Chrysostomus, ἐν πενίᾳ ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλόν ἐστι χήρα.

V. 17. *Seniores, qui coetui egregie praesunt, duplici honore ornentur; imprimis qui in docendo et instituendo occupati sunt.* — Pleriique Intpp. verba διπλῆς τιμῆς vertunt: *majori stipendio.* At demonstrari omnino nequit, jam certo aliquo stipendio tunc temporis ornatos esse ecclesiae ministros. Bene id vidit *Schleiermacherus*, qui l. l. p. 212. contra illorum Intpp. sententiam pugnavit. Vid. Exc. II. ad v. 3—16. At nonne verba versus 18. ex V. T. citata satis clamant, τιμὴν h. l. de *honorario* esse intelligendum? Id quidem non statim concedendum videtur. Quid enim indicant verba: βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις· καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ aliud, quam: Cuivis id tribuatur, quod revera meretur? Jam quid merebantur presbyteri? Num pecuniam? Minime. Imo remunerari tantum verecundia et honore poterant Christiani Senioribus suis eorum officia. Haec vero τιμὴ involvebat simul omnem pro rebus presbyterorum externis curam, ita, ut bene quadrent ad versum 17. quae Paulus sequenti commate scripsit verba. — In verbo κοπιᾷν emphasin, nescio quam, quaesiverunt interpretes. Qui opinati sunt, verbum κοπιᾷν esse hoc loco: *in amplificanda Christi ecclesia laborare, populos religionis Christianae ignaros illius cognitione imbuere*, sibi sine dubio in mentem non revocarunt, ejusmodi viros nunquam vocari πρεσβυτέρους, sed semper ἀποστόλους seu εὐαγγελιστάς. Vid. *Heydenreichius* ad h. l. — Qui inter sequentia vocabula λόγος et διδασκαλία magnum discrimen statuendum putant, ii sane nodum in scirpo quaerere videntur. Mera sane synonyma esse videntur. Presbyteris nimirum, qui et προϊστάμενοι, ποιμένες, adeoque ἐπίσκοποι (vid. Act. XX, 17. 28.) vocabantur, hoc injunctum erat ab apostolis vel ab eorum sociis officium, ut regerent ecclesiam, errantes corrigerent, abusus tollerent. Erant ἡ βουλὴ τῆς ἐκκλησίας. Vide quae nuperrime hac de re disputavit S. V. *Neander* in libro: *Geschichte der Pflanzung und Leitung der christl. Kirche durch die Apostel.* T. I, pag. 122. sq. Institutioni ab initio non vacabant οἱ πρεσβύτεροι, sed potius τὸ προσιῆναι et τὸ κυβερνᾶν eorum erat officium. Seriori tamen tempore nonnulli πρεσβύτεροι simul τῇ διδασκαλίᾳ operam navarunt, ut patet ex nostro loco. Vid. *Neander* l. l. pag. 128—130.

φή· Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις· καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης

V. 18. Βοῦν — φιμώσεις. Legitur hic locus Deuteronom. XXV, 4. לֹא־תַחְסֹם שׁוֹר בְּדִישׁוֹ, *ne capistrum injicias bovi in tritu-ratione.* Cf. 1 Cor. IX, 9. Φιμοῦν, quo verbo LXX Intpp. Hebraicum חָסַם reddiderunt, est *capistrare.* Hesychius explicuit per ἐπιστομίζειν, et Suidas scripsit ad explicandum proverbium illud: βοῦς ἐπὶ σωρῷ· ἐπὶ τῶν ἀλοώντων καὶ διὰ φιμοῦ ἐσθίειν κωλυόντων. — ἀλοῶντα. Triturare dicebantur boves, qui in area vel pedibus calcantes, vel curruum quoddam genus super fru-menta trahentes ex aristis exterebant grana. Egerunt magna cum diligentia hac de re *Schoettgenius* in dissertatione: *Antiquitates triturae et fulloniae.* Ultraj. 1727. 8. p. 42. et *Paulsen* in libro: *Zuverlässige Nachrichten von dem Ackerbau der Morgenländer. Helmst.* 1748. 4. cap. VI, p. 110. sqq. Docere volebat Moses illo praecepto Israelitas erga animalia etiam lenitatem, cujus rei auctor est Joseph. Antiqq. IV, 8, 21. Cf. Philo de Carit. p. 711. E. Paulus nostro in loco argumentatur a minori ad majus. Quo sensu usus sit Pau-lus hoc V. T. effato, jam supra ad v. 17. demonstrare studuimus.— In verbis sequentibus: καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ interpretes simile effatum ex V. T. allegatum quaesiverunt. At in sacro codice Judaeorum hoc dictum non legitur, et errarunt sine dubio Intpp., qui provocarunt ad Deuteron. XXIV, 14. et Levit. XIX, 13. Hanc ipsam ob causam alii putarunt, citari h. l. effatum Christi, quod legitur Luc. X, 7. coll. Matth. X, 10., et inde conclu-serunt, non a Paulo profectam esse nostram epistolam, sed eam scriptori serioris aevi originem suam debere, quia tantum V. T. effata citentur formula: λέγει ἡ γραφή. Vid. *de Wette, Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die kanonischen Bücher des N. T.* §. 153. At non difficile est respondere ad hanc objectionem. Quid nimirum nos cogit, ut post alterum hoc καὶ suppleamus formulam: λέγει ἡ γραφή? „*Copula* καὶ, inquit *Cramerus* (in *Commentat. III. de bibliologia in sacris N. T. libris proposita.* Lips. 1823. pag. XIX.), *h. l. argumenti rationem diversam ab ea, quae in priori commatis parte cernitur, significat. Paulus enim duplici argumento usus est, uno e libris V. T. sacris, altero ab usu loquendi communi et proverbiali repetito.*“ [Vid. *Stäudlini Progr. de fontibus epistolar. Catholic., imprimis de allegationibus, quae in iis deprehenduntur.* Gotting. 1790. p. 19. et 28.] „*Neque vero est,*“ pergit *Cramerus, quod miremur, apostolum, quum in priori membro fontem et sedem argumenti verbis:* λέγει ἡ γραφὴ *expresse indicasset, idem non fecisse in posteriori, neque post voculam* καὶ *haec:* ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς, *vel* ἀληθής ἐστι παροιμία, παραβολή, *vel simile quid addidisse; constat enim in N. T. ubique fere, perpaucis locis exceptis, v. c. Luc.* IV, 23. *Joh.* IV, 37. *et* 2 *Petr.* II, 22., *sententias proverbiales nude esse positas, neque proverbiorum titulum adjectum habere. Nostrae interpretationi imprimis etiam favent loca Matth.* X, 10. *Luc.* X, 7., *in quibus Jesus ad idem proverbium tritum ita provocat, ut neque e V. T. petitum esse significet, neque proverbii titulum adjiciat. Durius ac usui loquendi minus conveniens esset, si statuere vellemus, verba:* καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ *esse appositionem et ex-plicationem loci biblici:* βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις, *ab ipso apostolo propositam, ita, ut hic sensus evaderet: noli os obtu-*

τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ 19
παραδέχου, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων.
Τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ 20

rare bovi trituranti, hoc est (καὶ): *operarius dignus est mercede sua.*"

V. 19. Κατὰ πρεσβυτέρου — μαρτύρων. Miror, quod illi interpretes, qui hujus epistolae originem seriori tempori assignant, non ex hoc imprimis commate rationes ad suam sententiam firmandam petierint. Quaerere enim h. l. profecto licet: Nonne hic de jure ecclesiastico, quod Timotheus tanquam episcopus exercere debebat, sermo est, de quo tamen aetate Pauli sermo esse non poterat. Quaenam in mente habet vitia presbyteri (nam de hoc tantum h. l. sermo est, non de homine majoris aetatis) ad episcopum deferenda? Cur opus erat duorum triumve testium testimonio? — Conabimur jam ad has singulas quaestiones respondere. Paulus, ut satis apparet ex 1 Cor. VI, 1. sqq., Christianos lites suas profanis judicibus dirimendas proponere nolebat. Quaerit ibi v. 5. ex Christianis Corinthi degentibus: οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς, ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; Jam quum hoc omnibus omnino Christianis ab apostolo concessum esset, ut lites inter fratres ortas dirimerent, quid mirum, Timotheum simile jus inter Christianos Ephesios exercuisse, et imprimis quae taxanda videbantur Christianis in presbyterorum suorum vita et agendi ratione examinasse? Ad hanc nimirum agendi rationem spectasse illam Christianorum κατηγορίαν, de qua loquitur apostolus, extra dubitationem positum est. Facile tamen fieri potuit, ut presbyteri, quorum erat, aliorum vitia diligenter observare et corrigere, in horum ipsorum hominum odium inciderent ab iisque accusarentur. Hinc jubet Paulus, Timotheum suum in his delatoribus audiendis circumspectione uti, καὶ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας ἅπαντα περιεργάζεσθαι. Nonne enim totius coetus, qui presbyterum elegerat, judicium gravius sane fuerat, quam unius accusatoris testimonium? Hino pluribus, inquit, duobus certe sive tribus opus est testibus, priusquam accusatio contra presbyterum delata acceptanda est. Duos vero tresve nuncupat P. testes, quia ne a Judaicis quidem judicibus causa acceptabatur secundum legem Mosaicam, nisi staret πᾶν ῥῆμα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων, καὶ ἐπὶ στόματος τριῶν μαρτύρων, quae sunt verba LXX Intpp. Deuter. XIX, 15. Jam quum, uti patet ex hoc V. T. effato, homo privatus non potuisset citari uno teste apud Judaeos, nonne magis etiam decebat episcopum Christianum, in causa presbyteri duos vel tres poscere testes? — ἐκτὸς εἰ μή. Pleonasmum notissimum explicuit *Lobeck.* ad Phrynich. p. 459. Cf. quos excitarunt *Wahl.* in *Clav. N. T.* et *Winer. Gr. N. T.* ed. 3. p. 487. — ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, *coram duobus vel tribus testibus*, ut infra VI, 13. τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. Vid. locos a *Wahlio* citatos in *Clav. N. T.* T. I, pag. 580. coll. *Winer.* l. l. pag. 322.

V. 20. Jam indicat P., qua poena afficiendi sint presbyteri non injuste κατηγορηθέντες. *Si revera peccarunt, taxa eos coram omnibus.* — ἐνώπιον πάντων. Plurimi interpretes referunt ad

21 λοιποὶ φόβον ἔχωσι. Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν Ἀγγέλων,

presbyteros. Sed quid impedit, quo minus de coetu Christiano, in cujus adspectu vituperandi erant presbyteri, intelligamus haec verba? Amica reprehensio inter fratres Christianos vix detrahere poterat presbyteris auctoritatem; aptissima vero erat ad metum reliquis Christianis incutiendum, quum adeo τῶν πρεσβυτέρων peccata publice taxari audirent. — ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσιν. Phrases φόβον ἔχειν neque alias in N. T. neque apud meliores scriptores Graecos legitur. Vid. *Schleiermacher.* l. l. p. 64.

V. 21. Διαμαρτύρομαι — πρόσκλισιν. *Obtestor te per Deum et Dominum Jesum Christum et sanctos Angelos, ut haec observes sine partium studio et sine respectu ad homines.* Quorsum haec obtestatio pertineat, num ad omnia, quae cap. V. dixerat Paulus, an potius ad quatuor versus antecedentes, maxime titubant interpretes, neque haec res ad liquidum potest perduci. Hoc vero certo affirmari potest, non ad sequentia commata esse trahendam hanc apostoli obtestationem. — Est vero haec obtestatio sine dubio maxime solemnis. Φρικτῶς παραγγέλλει apostolus, ut ait Chrysostomus. Nam per Deum, per Jesum Messiam, per sanctos Angelos obtestatur Timotheum suum. Phrasin διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ bene explicuit Chrysostomus per: λαμβάνω εἰς μαρτυρίαν, μάρτυρα καλῶ τὸν Θεὸν, ὅτι παρήγγειλά σοι, ἵνα κ.τ.λ. Sensus: Deus, Christus, Angeli testes mihi sunt, me haec tibi injunxisse, qui olim, si haec, quae tibi praecepi, non observaveris, contra te testimonium exhibebunt. „*Repraesentat Paulus*, inquit *Bengelius* in *Gnomone*, *Timotheo suo judicium extremum*, *in quo Deus revelabitur*, *et Christus cum Angelis coram conspicietur*. *Neque tamen τὸ coram pertinet ad tempus praesens.*“ Idem *Bengelius* v. *Κυρίου* trahit ad Θεοῦ, quia non additus sit articulus. Imo hoc vocabulum ex rationibus criticis prorsus eliminandum videtur. Vid. *Heinrichsius* ad h. l. — Varie porro disceptarunt interpretes, quinam h. l. sint οἱ ἐκλεκτοὶ Ἄγγελοι. *Schleiermacherus* l. l. pag. 64. haec de nostro loco scripsit: „*Die ἐκλεκτοὶ Ἄγγελοι sind ebenfalls ganz einzig. Wenn man wirklich eine eigne Bedeutung für diese Stelle erzwingen will wie Schleusner: so bleibt es sehr wunderlich, dass der Mann, der so sehr gegen die γενεαλογίας und gegen die unnützen Fragen eifert, nun gar so bestimmte Rangordnungen von Engeln kennen sollte, wie er hier durch den Artikel bezeugen würde.*“ Verum enim vero, quamvis negari nequit, quod falso negavit *Planckius* l. l. pag. 43., articulum satis ostendere, Paulum de certa quadam Angelorum classe h. l. sermonem instituere, inde tamen vix et ne vix quidem concludi potest, epistolae auctorem eandem de γενεαλογίαις ἀπεράντοις sententiam, contra quam in hac ipsa epistola (I, 4.) pugnaverat, fovisse. Paulus ipse alias (vid. 1 Thessal. IV, 16. Eph. I, 21. Coloss. I, 16.) de ἀρχαῖς, ἐξουσίαις, δυνάμεσι κ. τ. λ. loquitur, unde apostolum plures βαθμοὺς hierarchiae coelestis novisse patet. Hinc vero toto coelo distant illae γενεαλογίαι ἀπέραντοι, de quibus supra I, 4. scripsit Paulus. Vid. quae ibi annotavimus. Caeterum similem obtestationem per Angelos habemus apud Josephum de B. J. II, 16. μαρτύρομαι δ' ἐγὼ ὑμῶν

ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει 22

τὰ ἅγια, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγγέλους Θεοῦ. Vid. *Krebsius Observatt. ex Josepho* p. 256. Locus tamen, quem citavit *Heydenreich.* ex 1 Cor. XI, 10., a nostro loco est alienissimus. Sunt vero *οἱ ἐκλεκτοὶ Ἄγγελοι Angeli eximii, sanctissimi.* Vid. *Wahl.* in *Clav.* s. v. ἐκλεκτὸς et *Wegscheider.* ad h. l. — *Ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος. Schleiermacherum* offendit vocabulum πρόκριμα, partim quia sit ἅπαξ λεγόμενον in N. T., partim quia Latinismis raro utantur scriptores sacri. Censebat nimirum vir beatus, Paulum usum esse h. l. vocabulo πρόκριμα more scriptorum Graecorum serioris aevi, qui hoc vocabulo Graeco usi essent ad exprimendum Latinorum *praejudicium.* Quaeritur vero, num revera h. l. πρόκριμα significet *praejudicium.* Imo, quum προκρίνειν τινά τινος sit, quod nos dicimus: *einem vor dem andern den Vorzug geben, unum alteri anteferre,* quod patet ex loco Diodor. Sicul. Lib. I, p. 2., ubi leguntur verba: τοὺς πρεσβυτάτους ταῖς ἡλικίαις ἅπαντες τῶν νεωτέρων προκρίνουσιν ἐν ταῖς συμβουλίαις, i. e. *aetate provectos juvenibus omnes anteponunt in consiliis:* non sine jure contendimus, vocabulum πρόκριμα certe in nostro loco non respondere Latino voc. *praejudicium,* sed potius idem valere quod προτίμησις, quo vocabulo etiam explicuit πρόκριμα Suidas. Vid. *Schleusneri Nov. Thes. LXX Interpp.* s. v. προκρίνειν. Quae quum ita sint, Latinismi macula sane abluenda erit huic loco. — Explicat et ipse Paulus verba χωρὶς προκρίματος ultimo hujus commatis membro, μηδὲν ποιῶν, inquiens, κατὰ πρόσκλισιν. Vocabulum πρόσκλισις bene jam explicuit Suidas per ἑτερομέρειαν, quae est *propensio in alteram partem,* et cum Suida consentit Theophylactus, qui κατὰ πρόσκλισιν reddidit per: κατὰ προσπάθειαν προσκλινόμενος τῷ ἑνὶ μέρει. Vid. *Krebsius Observatt. in N. T.* ad h. l. — Sensus totius loci ita vernaculo sermone exprimendus est: *Bewahre (halte) das, was ich dir aufgetragen habe, ohne Jemandem den Vorzug zu geben, ohne dich zu einer Partei besonders hinzuneigen.* Pro πρόσκλισιν in multis libris Mss. est πρόσκλησιν. Non ignota jam fuit haec lectionis varietas Theophylacto, qui, postquam voc. πρόσκλισιν explicuerat, haec scripsit: Ἐὰν διὰ τοῦ η γράφηται, τὸν αὐτὸν νοῦν σημαίνει, sc. προσκαλεῖται σε τὸ ἓν μέρος εἰς τὸ βοηθεῖν αὐτῷ· μὴ τοίνυν ποιήσῃς κατὰ τὴν ἐκείνου πρόσκλησιν, *ne sequaris ejus invitationem.* Sed quis non videt, satis duram esse hanc explicationem? Lectio πρόσκλισιν unice vera videtur. Cf. etiam *Casaubonus* ad Diod. Sic. I, 20. et *Hemsterhus.* ad Aristophanis Plut. v. 1027.

V. 22. Χεῖρας — ἐπιτίθει. *Ne nimis cito cuipiam manus imponas.* Plures erant in ecclesia vetere occasiones, in quibus χειροτονίας ritu utebantur Christiani. Vid. *Heinrichs.* ad h. l. Hoc loco vero apostolum ad presbyteros, doctores ecclesiae, hoc ritu initiandos, spectare, ex iis, quae antecedunt, satis apparet. Quomodo in corrigendis presbyteris versari debeat Timotheus, in antecedentibus exposuerat Paulus. Ne vero corrigere illos vitos, qui ecclesiae praerant, saepius necesse fuerit, suasit apostolus amico suo, ut

23 ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις· σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει. Μηκέτι
ὑδροπότει, ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου
24 καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. Τινῶν ἀνθρώπων τὰ

magna cum cautione in eligendis presbyteris versaretur. De manuum impositione, qua initiabantur omnes, qui, ut munere ecclesiastico fungerentur, invitati erant, egit *Neander* in libro: *Geschichte der Pflanzung* etc. T. I, pag. 132. Cf. quae nuper nos animadvertimus ad Chrysost. de Sacerdotio I, §. 28. pag. 12. — μὴ ταχέως. Sufficit apponere interpretationem Chrysostomi: μὴ ἐκ πρώτης δοκιμασίας, μηδὲ δευτέρας, μηδὲ τρίτης, ἀλλὰ πολλάκις περισκεψάμενος καὶ ἀκριβῶς ἐξετάσας.

V. 23. *Μηκέτι ὑδροπότει.* Primo adspectu nullus omnino nexus inter hunc versum et ea, quae Paulus in antecedentibus dixerat, esse videtur. Sed cogitemus modo, apostolum acclamasse Timotheo ad finem commatis 22. praeceptum: *σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει.* Jam quum haec scripsisset, eorum apostolus recordatur, qui, ut v. c. Esseni, eo usque progressi erant, ut ad veram *ἁγνείαν* assequendam vel a vini usu modico abstinendum esse Christianis contenderent. Noli jam, inquit P., sub *ἁγνείᾳ* illa, quam tibi commendavi, intelligere talem *σωματικὴν γυμνασίαν.* Vid. *Wolfius* in *Curis* ad h. l. Imo *μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ κ. τ. λ.* De verbo *ὑδροποτεῖν* cf. Intpp. ad Xenoph. Cyrop. VI, 2, 11. Aelian. V. H. II, 38. *Νόμος καὶ οὗτος Μεσσαλιωτικὸς γυναῖκας μὴ ὁμιλεῖν οἴνῳ, ἀλλ' ὑδροποτεῖν πᾶσαν γυναικῶν ἡλικίαν.* Discimus ex his locis, *ὑδροποτεῖν* significare: *meram aquam bibere.* — *ὀλίγος οἶνος* vel *pusculum* vinum, vel *tenue* vinum esse potest. Vid. *Wolfius* in *Curis* ad h. l. Prius recte sumunt plerique Intpp., inter quos imprimis nominandus Chrysostomus, qui, *οὐ μὴν ἀνῆκεν αὐτὸν*, inquit, *ἀνέδην ἐμφορεῖσθαι τοῦ οἴνου, ἀλλ' ὅσον πρὸς ὑγίειαν, οὐ πρὸς τρυφήν.*

V. 24. *Τινῶν ἀνθρώπων κ. τ. λ. Quorundam hominum peccata ante manifesta sunt, ut judicium quasi antecedant, in quibusdam vero etiam subsequuntur.* — *πρόδηλοι.* Non satis recte, ut mihi videtur, *Planckius* l. l. p. 45. contra *Schleiermacherum* contendit, in hoc adjectivo praepositionem *πρὸ* sine significatione esse, et compositum *πρόδηλος* a simplici *δῆλος* non differre. Imo *πρόδηλος* est: *ante manifestus.* Et quadrat sane hic hujus adjectivi significatus bene in nostrum locum, modo sumamus, continere hunc versum rationes, ex quibus summa cautio in manibus imponendis adhibenda sit, qua de re locutus erat ap. v. 22. In quibusdam hominibus, inquit P., non difficile erit, discernere, utrum apti sint ad munus ecclesiasticum, nec ne. Nam eorum peccata mature patefacta sunt et quasi ante tempus in notitiam et judicium hominum prodierunt (*προάγουσαι εἰς κρίσιν*). Hos igitur cave! *Wegscheiderus* quidem participium *προάγουσαι* sensu activo sumendum statuit, et *προάγειν εἰς κρίσιν* comparat cum Romanorum formula: *ducere reum in jus* (Cic. in Verr. V, 6. 45.), at recte sine dubio S. V. *Wahlius* in *Clav.* T. II, p. 376. *προάγειν* h. l. de re prius, quam fiat aliquid, innotescente dici contendit. *Lutherus*

ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, προάγουσαι εἰς κρίσιν· τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. Ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα πρό-25 δηλά ἐστι· καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα κρυβῆναι οὐ δύναται.

Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας 1 πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ

egregie sensum hujus loci expressit: *Etlicher Menschen Sünden sind offenbar, dass man sie vorhin richten kann.* — τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν, *in quibusdam subsequuntur.* Admoti jam muneribus, quales revera sunt, cognoscuntur; tunc demum de eorum vitiis sermones fiunt.

V. 25. Ὡσαύτως κ. τ. λ. *Simili ratione* (nonnullorum) *bona opera ante manifesta sunt; si secus, certe non* (prorsus) *occultari possunt.* Opponi igitur τὰ ἄλλως ἔχοντα illis, quae πρόδηλά ἐστι, opinor. Vid. *Lamb. Bos. Exercitt.* p. 222. et *Wolfium* in *Curis* ad h. l.

Cap. VI. Facile concedimus, quod contendit *Schleierm.* l. l. p. 222., non omnia, quae hoc in capite continentur, apostoli praecepta arctissime inter se cohaerere. Num vero propteres, quae hoc in capite leguntur, ab apostolo non exarata esse opinemur necesse est? Num et nostrates in epistolis ad familiares datis nexum arctiorem semper curant? Nonne et nos, ubi ad finem epistolae ventum est, quae in ipsa epistola scribere non conveniebat, ordine liberiori addimus? Et ipse adeo Paulus in epistolis ad ecclesias Christianas datis ad earum finem solutiori ordine singula cumulat praecepta. Caeterum cf. quae de versu primo contra *Schleiermacherum* monuit *Planck.* l. l. p. 217.

V. 1. Ὅσοι non pro οἵ positum est, sed vertendum: *quicunque.* — ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι. Quum iis sequenti commate opponantur δοῦλοι πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας, apparet intelligendos esse servos ethnicis dominis subjectos. Veteres, ut explicarent accusativum, supplebant τεταγμένοι. Non inepte; vid. *Winer. Gr. N. T.* p. 344. Errarunt sane, qui in verbis ὑπὸ ζυγὸν asperam servorum tractationem quaesiverunt; imo est omnino servitutis descriptio. — τοὺς ἰδίους δεσπότας — ἡγείσθωσαν. Apostolos, timentes, ne servi Christianam religionem amplexi dominos, quos fide, veritatis cognitione, intelligentia anteirent, despicerent, iisque debitum honorem denegarent, saepissime de illo honore a servis Christianis ethnicis dominis reddendo praecepisse, inter omnes constat. Vid. 1 Petr. 2, 18. Coloss. 3, 22. — ἵνα — βλασφημῆται. En gravissimam illius praecepti rationem: *ne nomen Dei et doctrina Christiana conviciis proscindantur.* Facile nempe illi servi, quando immorigeri erant erga dominos, impediebant, quo minus τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἁγιασθῇ, et doctrina Christi plures asseclas nanciscereturr. Scimus vero ex primaevae ecclesiae historia, etiam ab humilioris conditionis hominibus bene observata esse illa apostolorum praecepta et servos adeo mulieresque multam sua vivendi agendique ratione ad religionem divinam latius propagandam contulisse. Vid.

2 Θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται. Οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας, μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοὶ, οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι. Ταῦτα δίδασκε, καὶ 3 παρακάλει. Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται

Tertullian. Apolog. c. 46. coll. *Neander: Allgem. Gesch. der christl. Religion und Kirche.* T. I, p. 70. Faciunt ad nostram explicationem stabiliendam ea, quae leguntur apud Chrysostomum ad h. l.: ὁ ἄπιστος ἂν μὲν ἴδῃ τοὺς δούλους διὰ τὴν πίστιν αὐθάδως προφερομένους, βλασφημήσει πολλάκις ὡς στάσιν ἐμποιοῦν τὸ δόγμα· ὅταν δὲ ἴδῃ πειθομένους, μᾶλλον πεισθήσεται, μᾶλλον προσέξει τοῖς λεγομένοις· καὶ γὰρ καὶ ὁ θεὸς καὶ τὸ κηρυγμα μέλλει βλασφημεῖσθαι, μὴ πειθομένων.

V. 2. μὴ καταφρονείτωσαν, *ne minoris, quam par est, momenti ducant.* Egregie egit de verbo καταφρονεῖν b. *Tittmannus Lex. Synon. N. T.* Spec. VI. Sunt vero Christiani heri a servis non contemnendi, quia sunt πιστοὶ καὶ ἀγαπητοὶ, i. e. quia eandem quam servi fidem amplexi sunt, et quia eos Deus eodem amore dignatus est. *Weil sie eben Christen sind, verdienen sie Ehrerbietung von ihren Sclaven.* Difficiliora sunt, quae nunc sequuntur: οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι. Errarunt tamen procul dubio, ut jam *Schleiermacherus* l. l. pag. 66. egregie monuit, qui verba: ὅτι — ἀντιλαμβ. ad servos retulerunt. Cf. *Heydenreichius* ad h. l. p. 303. Illis vero Intpp., qui de servis dicta esse verba οἱ τῆς — ἀντιλ. opinantur, verbum ἀντιλαμβάνεσθαι est *participem fieri*, et εὐεργεσίαν vertunt: *beneficia ab heris accepta*, sive *beneficentiam*. *Heydenreichius* retulit quidem haec verba ad heros, sed εὐεργεσία ei est *religionis Christianae beneficium*. Ferenda esset haec explicatio, si legeretur v. c. χάρις. Εὐεργεσία autem nunquam dicitur de beneficiis per Christum generi humano oblatis. Plane ii etiam ineptiunt, qui εὐεργεσίαν explicant de officiis a servis heris praestandis. Veram loci sententiam viderunt jam Graeci interpretes, Theophylactus et Chrysostomus, quorum illi οἱ — ἀντιλ. sunt: φροντίζοντες εὐεργετεῖν τοὺς δούλους, hic vero: κόπτονται, inquit, καὶ ταλαιπωροῦνται ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας ἀναπαύσεως· καὶ οὐκ ὀφείλουσι πολλῆς ἀπολαύειν τιμῆς παρὰ τῶν οἰκετῶν. Graecis enim sunt v. c. τῆς φιλοσοφίας ἀντιλαμβανόμενοι (Plutarch. de pueror. educ. c. X.), *qui operam dant philosophiae*, τῶν ἀγαθῶν ἀντιλαμβανόμενοι (Jamblich. Protrept. 18. p. 151.), *qui rebus honestis student*. Et apud LXX legitur Jes. XXVI, 13. ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας, i. e. *veritatis studiosus*. Ergo nostro etiam loco sunt οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι heri, *qui τῇ εὐεργεσίᾳ student*. Ἡ εὐεργεσία vero est *beneficentia*, *die Gutthätigkeit*. Sic v. c. apud Homer. Odyss. XXII, 374. ἡ εὐεργεσία opponitur τῇ κακοεργίᾳ.

V. 3. Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ. Fuerunt Intpp., qui nexum quaererent inter versum secundum et tertium, et *Moshemio* imprimis praeeunte nonnulli verterunt: *Si quis alia docet*, i. e. ab

ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται, μηδὲν ἐπι- 4
στάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ

iis diversa, quae modo de mutuis servorum et herorum officiis disputata erant. Inanem autem esse interpretum nexum in hoc capite inter singula commata quaerentium curam, jam in limine capitis ostendimus. Neque tamen iis volumus repugnare, qui verba ultima commatis secundi, ταῦτα δίδασκε καὶ παραχάλει, ad sequentem de ἑτεροδιδασκαλίᾳ sermonem apostolo ansam praebuisse contenderunt. De verbo ἑτεροδιδασκαλεῖν jam supra disputavimus ad Cap. I. v. 3. — μὴ προσέρχεται — λόγοις. Non solum *Schleiermacherum* l. l. p. 68., sed etiam antiquiores Intpp. (v. c. *Bentlejum*, qui hanc ipsam ob causam conjecit προσέχει s. προσίσχεται; cf. *Wolf.* in *Curis* ad h. l.) male habuerunt haec verba. Modo ad verbum vertamus, et nihil erit, quod nos offendat: *Si quis falsa docet, et non accedit sanis verbis.* Cf. *Planckius* l. l. pag. 45. Sic v. c. *sacramento accedere* dixit Tacitus Hist. I, 70. Alios scriptores Graecos verbo προσέρχεσθαι eundem significatum tribuisse, bene monuerunt *Wolfius*, *Wegscheiderus* et alii. Philo v. c. dixit de Gigantt. p. 289.: μηδενὶ προσέρχεσθαι γνώμῃ τῶν εἰρημένων, et respiciens ad hunc Pauli locum, ut videtur, Iren. Fragment. §. 1.: ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ, οὐ ἐάνπερ τις γεύσηται, οὐ μὴ ἐὰν προσελεύσεται ταῖς παραδιατριβαῖς καὶ λογομαχίαις τῶν τετυφωμένων καὶ φυσιουμένων. — λόγοι ὑγιαίνοντες, *verba sincera, pura, quae falsi nihil admixtum habent.* Non inepte *Wolfius* citavit locum ex Lucian. Astrolog., qui λόγον ὑγιῆ καὶ ἀληθῆ conjunxit, opponens ψευδῆ et ἀνεμώλιον. Cf. quae monuimus ad I, 10. — Ἡ κατ' εὐσ. διδασκαλία, *doctrina ad pietatem ducens.* Similiter Tit. I, 1. ἀλήθεια ἡ κατ' εὐσέβειαν.

V. 4. τετύφωται. Hic incipit apodosis. *Wegscheiderus* ante τετύφωται male supplendum censuit: εἴ τις, ut apodosis ab ἀφίσασο demum inchoanda esset. De verbo τυφοῦν jam ad cap. III. v. 6. satis exposuimus. — Participium ἐπιστάμενος resolvendum est per *et: fastu inflatus et inscius est.* — Imo talis homo est νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, quae verba *Lutherus* non inepte vertit: *sondern ist seuchtig in Fragen und Wortkriegen.* Sicut nimirum adjectivum *seuchtig*, quod nunc non in usu est, affine est substantivo *Sucht*, ita νοσεῖν περί τι s. περί τινος duplicem involvit notionem, *morbi* et *desiderii*, et νόσος saepius est *insanum et corruptum studium alicujus rei.* Sic a Luciano Alexand. §. 30. vocatur Rutilianus quidam τὰ περὶ τοὺς θεοὺς πάνυ νοσῶν. Cf. *Elsner.* ad h. l. — λογομαχίαι, *de meris vocabulis litigia*, et ex adjuncto: contentiones de levissimis minutiis, quibus nulla ad religionem momenta insunt. Graecis est: πρὸς τὸ ὄνομα διαλέγεσθαι. Egregie de h. l. *Calvinus*: „*Vocabulo ζητήσεις non quasvis quaestiones significat, quae vel ex sobrio moderatoque discendi studio nascuntur, sed quales hodie in Sorbonicis scholis agitantur ad ostentandum acumen. Illic quaestio quaestionem parit. Hinc postea emergunt infinitae rixae.*

ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραί, διαπαρατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι

Caeterum λογομαχίας nominat contentiosas disputationes de verbis magis, quam de rebus, vel (ut vulgo loquuntur) sine materia aut subjecto. Nam si quis diligenter expendat quaecunque inter sophistas fervent contentiones, deprehendet, non ex rebus eas provenire, sed ex nihilo eas excudi. In summa, quaestiones omnes damnare voluit Paulus, quae nos ad nihili contentiones acuunt.“ — *βλασφημίαι.* Apostolum non de contumeliose dictis in Deum sed in homines cogitasse censeo. — *ὑπόνοιαι πονηραί.* Est *ἅπαξ λεγόμενον.* Sunt *ὑπόν. πον.* malevolae de iis, qui alias partes sequuntur, contrariisque sententiis favent, suspiciones. Non igitur audiendus videtur Chrysostomus, cui *ὑπόν. πονηραὶ* sunt perversae de Deo rebusque divinis opiniones, in quas in disputandi fervore facile inciditur.

V. 5. *διαπαρατριβαί.* Permulti Codices et non pauci Patres et Grammatici veteres, inter quos nominandi sunt Hesychius et Suidas, hanc habent lectionem, et inter editores ea arrisit *Millio*, *Bellosubrio*, *Bengelio*, *Weistenio*, *Griesbachio* et *Matthaeio.* Vulgaris lectio est *παραδιατριβαί.* Non tamen perinde est, utrum hanc illamve in textum recipiamus lectionem. Notione enim differt utraque vox. Quum nimirum *διατρίβειν μετ' ἀλλήλων* dicantur ii, qui cum aliis colloquuntur et disputant, et inde *αἱ διατριβαὶ* ipsos *sermones* et *disputationes* significent (cf. Plat. Euthyphr. ab init.), facile intelligitur, *παραδιατριβὰς* esse *teneraria colloquia*, *vanas disputationes.* Indicare enim praepositionem *παρὰ* in compositione cum aliis verbis ea, quae *temere*, *male*, *perperam* fiunt, docuerunt *Fischer.* ad Plat. Euthyphr. XX, 8., *Buttmann.* in Ind. ad Demosth. Or. in Mid. s. v. *παραγράφεσθαι*, et alii. Quaenam vero sunt *διαπαρατριβαί?* Non audiendos esse Chrysostomum et Oecumenium, qui ductam esse metaphoram dicunt ab ovibus scabiosis sese *παρατριβομένοις* i. e. affricantibus, bene jam monuit *Schleiermacher.* l. l. pag. 69. Imo *παρατριβὴ* est *simultas*, *die Verfeindung.* Vid. *Lambert. Bos. Exercitt.* p. 223. Et non inepte addita est praepositio *διὰ*, quae simultatum vel *perseverantiam* vel *magnitudinem* innuit. Vid. *Cattier. Gazoph.* p. 70. Jam quum, quomodo *παραδιατριβαὶ*, i. e. *vanae disputationes* ex *λογομαχίαις*, quae ipsae jam sunt *temerariae disceptationes*, oriri possint, plane non intelligatur, et quum ipse apostolus cumulaverit hoc in commate vocabula litem et contentiones indicantia, praeferenda sane videtur lectio *διαπαρατριβαὶ*, quae, ut supra ostendimus, plurium testium auctoritate confirmatur. Digna vero est, quae hic commemoretur, *Schleiermacheri* suspicio, qui l. l., primum et *παρατριβαὶ* et *διατριβαὶ* fuisse in textu, quae duae voces deinde operarum incuria in unam conflatae sint, contendit. — *διεφθαρμένοι τὸν νοῦν*, *homines*, *quorum mens corrupta est.* *Winero* tamen *Gr. N. T.* pag. 186. sunt *διεφθ. τ. νοῦν*, *homines aliorum mentem corrumpentes.* Vid. *Wahl.* in *Clav.* s. v. *διαφθείρω.* Saepius dici apud veteres *διαφθείρειν τὸν νοῦν*, *τὴν διάνοιαν*, *τὴν γνώμην*, exemplis ostendit *Wolf.* in *Curis* ad

τὴν εὐσέβειαν. Ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων. Ἔστι δὲ 6
πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας. Οὐδὲν γὰρ 7
εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον· δῆλον, ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν

h. l. — ἀπεστερ. τ. ἀληθείας, *qui sunt destituti veritatis evangelicae sensu.* Vid. *Wegscheider.* ad h. l. — νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν, *qui pietatem pro quaestu habent.* Pietatis exercitium esse lucri faciendi occasionem opinantur, νομίζουσιν, ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβὲς εἶναι, quae sunt verba Epicteti. Similiter Nicephorus VI, 5. de Paulo Samosateno dixit: πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν. — Ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων. Absunt quidem haec verba ab Edd. nonnullis, sed habent ea Patres omnes et libri optimae notae. Chrysostomus: ἀφίστασο, τουτέστιν, ἀποτρέπου, *nihil commercii cum iis habeas.*

V. 6. Ἔστι δὲ πορισμὸς κ. τ. λ. Bene Chrysostomus: Ἔστι μὲν γὰρ πορισμός, ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μειζόνως. *Heydenreichio* est h. l. εὐσέβεια *doctrina religionis*; haec vere nunquam vocatur εὐσέβεια. Imo est εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας, *pietas, quae conjuncta est cum animi aequitate*, pietas, qua oritur animus sorte sua contentus. Chrysostomus: εὐσέβεια ἁγίστηται καὶ ἀνορθοῖ πτωχὸν, ἵνα μὴ ἐμπέσῃ εἰς ἀθυμίαν διὰ τὴν πενίαν. — Τοῦτο μάλιστα πλοῦτος, τὸ μὴ δεῖσθαι πλούτου. Multi sunt etiam philosophi veterum in illa αὐταρκείᾳ commendanda. Sic v. c. Seneca Ep. I., „*Non puto pauperem*," inquit, „*cui quantulumcunque superest, sat est.*" Ep. II. „*Primus divitiarum gradus est, habere, quod necesse est, proximus, quod sat est. Honesta res est laeta paupertas. Illa vero non est paupertas, si laeta est; qui enim cum paupertate bene convenit, dives est.*" Cic. Parad. VI. „*Quem intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo ponimus? opinor in eo, qui nihil quaerat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus oportet tuus te judicet divitem, non hominum sermo, neque possessiones tuae; nihil sibi deesse putet, nihil curet amplius. — Animus hominis dives, non arca, appellari solet. Quamvis illa sit plena, dum te inanem videbo, divitem non putabo; etenim ex eo, quantum cuivis satis est, metiuntur homines divitiarum modum.*" Sub finem: „*Virtute praediti qui sunt, soli sunt divites; soli enim possident res et fructuosas et sempiternas, solique, quod est proprium divitiarum, contenti rebus suis, satis esse putant, quod est.*"

V. 7. Οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν κ. τ. λ. Ea rationem, cur ἡ αὐτάρκεια hominem maxime deceat: *Nihil nobiscum in hanc vitam intulimus, manifesto indicio, nihil ex his terris nos auferre posse.* Cf. Job. I, 21. Eccles. V, 14. Seneca ep. 102. „*Quicquid circa te jacet rerum tanquam hospitalis loci sarcinas specta. Nemo nascitur dives. Transeundum est. Excutit natura redeuntem sicut intrantem; non licet plus efferre, quam intuleris.*" Ovid. Trist. III, 7, 42. „*Nil non mortale tenemus, pectoris exceptis ingeniique bonis.*" Philo de victim. p. 852. C. μηδὲν εἰς κόσμον, ἀλλὰ μηδὲ σαυτὸν εἰσήνεγκας· γυμνὸς μὴν γὰρ ἦλθες, γυμνὸς πάλιν ἀπίης. Eadem

8 τί δυνάμεθα. Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα,
9 τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀν-

fere dixit Chrysostomus ad nostrum locum: *Οὐδὲν ἔχοντες ἤλθομεν εἰς τὸν βίον, οὐκοῦν οὐδὲν ἀπελευσόμεθα ἔχοντες· γυμνὴ γὰρ παρεγένετο ἡ φύσις, γυμνὴ καὶ ἄπεισιν. οὐ τοίνυν ἡμῖν δεῖ τῶν περιττῶν.*

V. 8. *Ἔχοντες δὲ διατροφὰς κ. τ. λ. Si modo victu et vestibus gaudemus, his contentos nos esse oportet.* — *σκέπασμα*, quod, ut et *διατροφή*, est *ἅπαξ λεγόμενον* in N. T. (vid. *Schleiermacher.* l. l. p. 76.), significat *tegumentum* in universum, ita ut praeter vestimenta etiam locum refugii, quo adversus tempestates defendimur, denotare possit. Certe vocabulo *σκέπη*, quo vocem *σκέπασμα* explicitam legimus ab Hesychio, saepius reddiderunt LXX Hebraicum אֹהֶל, quod est *tentorium*. Vid. *Schleusner. Nov. Thes.* T. V, p. 41. Similes ex profanis scriptoribus sententias citavit *Wolfius* in *Curis* ad h. l.

V. 9. *Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν. Qui enim animum ad divitias propensum habent;* id nimirum est *βούλεσθαι*, quod bene docuit b. *Tittmannus Lex. Synon. N. T.* Spec. VIII, p. 4. sqq. *Θέλειν* nihil aliud est, quam simpliciter *velle*, adjuncta tamen notione *τοῦ ἑκουσίου* (vid. *Buttmanni* Lexil. T. I, p. 26.); *βούλεσθαι* vero semper animi propensionem indicat. Pluribus exemplis ex profanis et sacris auctoribus petitis has illis verbis significationes adstruere studuit *Tittmannus* l. l.— Quomodo fiat, ut, qui divitias appetunt, incidant *εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους*, id multis explicare verbis non opus videtur. Inter omnes enim cupiditates esse aliquod vinculum, ita ut una alterius sit fons, inter omnes, qui de rebus ethicis cogitarunt et vitam hominum norunt, satis constat. Intentio in divitias vero imprimis dici potest injicere homines *εἰς πειρασμόν*. Ubi enim non licito modo acquirendae sunt divitiae, facile illicitis utuntur artibus divitiarum avidi. Neque solum tentationes subeunt, sed incidunt etiam *εἰς παγίδα*, tenentur adeo cupiditatibus maxime detestandis, volucris instar, qui reti misere irretitur.— *ἀνοήτους*. Vulg. legit *ἀνονήτους*, nam vertit: *desideria multa inutilia*. Eandem habet lectionem Cod. unus edit. Complutens., nec non tuentur eam Patres quidam probante *Millio*. Saepius haec adjectiva ab operis esse inter se permutata, videre est ex Euseb. de vita Constantini c. 48. ubi vid. *Valesius* et *Heinichen*. H. l. retinenda lectio *ἀνοήτους*, quae longe plurimorum Codd. nititur auctoritate. Sunt autem *ἐπιθυμίαι ἀνόητοι cupiditates temerariae*, *ἐπιθυμίαι, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς*, quod est 1 Petr. II, 11. — *καὶ βλαβερὰς, et noxias*, non tam aliis, quam potius illi ipsi, qui ditari vult. Cf. Xenoph. Memorr. I, 5, 3., ubi opponitur *ὠφέλιμος*, et IV, 1, 4., ubi idem adjectivum opponitur. — *αἵτινες βυθίζουσι—ἀπώλειαν*,

ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν. Ῥίζα γὰρ πάντων 10
τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία· ἧς τινὲς ὀρεγόμενοι ἀπε-
πλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν
ὀδύναις πολλαῖς. Σὺ δὲ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ταῦτα 11
φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην,

quae demergunt homines in ultimam perniciem. Verbum βυθίζειν legitur etiam 2 Macc. XII, 4. „*Metaphora est non quidem a καταποντισμῷ, ceu Grotius vult; nec a navalibus proeliis, ubi naves cum ipsis vectoribus deprimuntur, petita, quae. Tollii ad Longinum περὶ ὕψους §. 43. sententia est; sed potius a navibus, quae in scopulos impingentes demerguntur, judice Lamb. Bos. Exercitt.* p. 226.“ *Wolf.*

V. 10. Ῥίζα — φιλαργυρία. Videtur proverbium esse, quo alii etiam scriptores usi sunt, qui excitati sunt a *Wolfio*, *Suicero* in *Thes.* II, 1427. et *Schotto* in *Adagiall. sacrr.* p. 136. Sensus: Quicunque τῇ φιλαργυρίᾳ se dedidit, ille ad omnia omnino vitia rapitur. Ῥίζα pro *fonte, origine* dicitur etiam Sirac. I, 6., ubi est: ῥίζα σοφίας. Sap. XI, 3. ῥίζα ἀθανασίας, i. e. *causa efficiens immortalitatis.* Vid. *Schleusner. Nov. Thes.* h. v. — ἧς τινὲς ὀρεγόμενοι κ.τ.λ., *cui postquam se nonnulli dederant, a fide aberrarunt.* Sine idonea ratione nonnulli interpretes relativum ἧς non ad φυλαργυρίαν, sed ad φιλαργυρίας materiam, ἀργύριον, retulerunt, quamvis tales ellipses saepius occurrere negari nequit. Omnia hic expedita sunt atque plana. Modo cogitemus, ὀρέγεσθαι esse h. l. *deditum esse* avaritiae. Vid. *Wahl.* in *Cl. N. T.* s. h. v. — πίστεως. Cf. I, 19. IV, 1. V, 15. — καὶ ἑαυτοὺς — πολλαῖς, *et se ipsos multis aerumnis excruciarunt.* Est nempe περιπείρειν *transfigere, transfodere*, quo sensu legitur Joseph. Bell. Jud. III, 7, 31. Diod. Sic. XVI, 80. Diog. Laert. Lib. II, p. 88. ed. Steph. πόδα περίπειρεν ἥλῳ. Cf. *Chr. Fr. Matthaei* ad Chrysostomi homil. IV. T. I, p. 15.

V. 11. Σὺ δὲ — ταῦτα φεῦγε. *Tu vero, voluntatis divinae interpres, haec devita.* Ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ compellabantur prophetae V. T., quia a Deo modo singulari prae ceteris electi et ab ipso extraordinariis donis ornati erant. Cf. 1 Sam. IX, 6. 1 Reg. XVII, 18. 2 Reg. I, 9. 10. IV, 7. 9. 40., quibus in locis de Samuele, Elia et Elisa est אִישׁ־הָאֱלֹהִים. — Prophetas V. T. vocat etiam Petr. 2 ep. I, 21. ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ. Non tamen ad prophetas N. T., qui v. c. commemorantur Actt. XII, 27., pertinuisse Timotheum hinc colligimus; sed utitur potius hac honorificentissima compellatione Paulus apostolus, ut indicet, Timotheum esse doctorem evangelii, ministrum divinum, διδάσκαλον. — δίωκε. Hesychius: ζήλου, ἐπιτήδευε. Suidas: διώκειν καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι· διώκειν γὰρ φαμὲν ἀρετήν. Cf. Rom. IX, 30. 31. XII, 13. Neque exteris scriptoribus infrequens est haec hujus verbi notio. Vid. Xenoph. Cyrop. VIII, 1, 39. Thucyd. II, 63.

12 ὑπομονήν, πραότητα. Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθης καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν

V. 12. *Ἀγωνίζου κ. τ. λ.* Recensuerat hucusque apostolus virtutes, quas observare cuivis homini Christiano convenit. Nunc de iis etiam admonet Timotheum virtutibus, quas colere imprimis ministrum ecclesiae oportet, nimirum de animi fervore, quo evangelium contra adversarios sit defendendum, de alacritate animi, qua vera doctrina propaganda sit, de perseverantia in perferendis aerumnis veritatis causa suscipiendis. Haec omnia insunt in illis: *ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως.* Vid. *Heydenreich.* ad h. l. — *ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, consequi studeas vitam aeternam.* Verbum actus positum est pro verbo conatus. Vid. *Planckius* l. l. p. 46. *Winerus Gr. N. T.* ed. 3. p. 259. — *Heydenreichius* in vv. *ἐπιλαμβάνεσθαι* et *καλεῖν* videt imaginem e re athletica petitam. Equidem talem imaginem non invenio. Semper usurpatur verbum *καλεῖν*, ubi de invitatione ad bona per Jesum acquirenda sermo est. — *εἰς ἣν* pertinet non solum ad *ἐκλήθης*, sed etiam ad *ὡμολόγησας*. Sensus: *ut hujus aeternae vitae compos fias, etiam praeclaram professionem edidisti.* — *καὶ ὡμολόγησας κ. τ. λ.* Arcte conjungenda cum praecedenti: *εἰς ἣν*, ut sensus sit: *ratione illius vitae aeternae habita praeclaram professionem edidisti.* Vid. *Wegscheiderus* ad h. l. — *τὴν καλὴν ὁμολογίαν.* Apostolum in mente habere rem aliquam in facto positam, Timotheo sane, quod jam articulus *τὴν* indicat, satis notam, nobis vero ignotam, sumamus necesse est. Referunt quidem nonnulli, inter quos nominandus *Heydenreichius*, *ὁμολογίαν* illam ad calamitatem aliquam, quam Timotheus propter evangelii praedicationem perpessus sit, et in qua de fidei suae firmitate, de suo erga Christum amore, de sua constantia egregium testimonium exhibuerit. At ejusmodi testimonium bene quidem *μαρτυρίαν* sive *μαρτύριον*, non facile vero *ὁμολογίαν* vocari potuisse ab apostolo, libenter mihi a justis arbitris datum iri opinor. Cf. *Schleiermacher.* l. l. pag. 71. Opus igitur videtur, ut, quum historia de *ὁμολογίᾳ* illa, quam professus sit Timotheus, taceat, ad conjecturam aliquam confugiamus. Viam ad illam conjecturam faciendam parat nobis Oecumenius, qui *ὁμολογίαν*, inquit, *μᾶλλον τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι λέγει.* Ad tempus illud, quo Timotheus vel sacro fonte initiatus, vel ad munus suum inauguratus erat, sane respexisse videtur Paulus; quamquam non opinamur, quod opinatus est Oecumenius, ipsam formulam, quae in baptismate sive inter inaugurationem illam ad munus propheticum a Timotheo pronuntianda fuerit, vocari h. l. *τὴν καλὴν ὁμολογίαν.* Facile nimirum fieri potuit, ut Timotheus illo ipso tempore, quo vel in ecclesiam Christi ritu baptismatis reciperetur, vel *χειροτονίας* ceremonia ecclesiae minister constitueretur, spiritu divino agitatus publice profiteretur et polliceretur, se bonum Dei ministrum futurum, se *τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον μέχρι τῆς ἐπιφανείας Ἰησοῦ Χριστοῦ* servaturum esse. Hanc vel similem rem in facto positam in mente habere videtur apostolus. Nonne vero ejusmodi *ὁμολογίαν* recte *καλὴν* vocavit Paulus? Quid enim praestantius, quid sanctius tali testimonio cogitari potest?

μαρτύρων. Παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωο- 13
ποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ μαρτυρή-
σαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν,
τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, μέχρι 14

V. 13. Quo magis ad finem vergit epistola, eo gravior existit apostoli oratio. Ex auctoritate illa, quae ipsi a Domino concessa erat, cohortatur nunc Timotheum *per Deum, qui omnes mortuos in vitam revocet, et per Christum Jesum, qui sub Pontio Pilato eximiam professionem testatus sit, ut legem sine labe et integram tueatur, usque dum apparuerit Jesus Christus Dominus.* Πάλιν τὸν Θεὸν μαρτύρεται, inquit Chrysostomus, πρὸ μικροῦ τοῦτο ποιήσας, ὁμοῦ καὶ τὸν φόβον αὔξων, καὶ ἀσφαλέστερον καθιστὰς τὸν μαθητὴν, καὶ δεικνὺς, ὡς οὐκ ἀνθρώπινα τὰ παραγγέλματα, ἵνα ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ δεσπότου λαμβάνων τὴν παραγγελίαν, ἵνα ἀεὶ τὸν μάρτυρα ἐν διανοίᾳ ἔχων ἀφ' οὗ ἤκουσε, κατασείηται τὴν διάνοιαν τῇ μνήμῃ.— τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα. Obtestatur P. Timotheum per Deum vel mortuis vitam tribuentem, ut in persecutionibus et aerumnis pro veritate tolerandis solatium habeat discipulus carissimus. Nonnulli legunt ζωογονοῦντος, *in vita conservantis.* Proprie nimirum est ζωογονεῖν, *partum vivum edere,* quo sensu e. c. occurrit Diod. Sic. I, 7. et 88. In versione V. T. Alexandrina vero (cf. Exod. I, 17. Judicc. VIII, 19. 1 Regg. XX, 31.) et in N. T. (Luc. XVII, 33. Actt. VII, 19.) contra omnem graecae linguae usum est: *vivum conservare.* Vid. *Wetsten.* ad Act. VII, 19. Ferenda esset lectio ζωογονοῦντος hoc nostro loco, modo ea firmata esset plurium librorum auctoritate. — τοῦ μαρτυρήσαντος — ὁμολογίαν. Non differt μαρτυρεῖν τὴν ὁμολογίαν ab ὁμολογεῖν τὴν ὁμολογίαν, quod praecedente commate erat in textu. Cogitandum de testimonio, quod verbis, non factis, v. c. passione, morte cruenta, de qua intellexerunt haec verba nonnulli Intpp., edidit Christus. Jam vero habemus hoc ipsum testimonium Joh. XVIII, 37.: „Σὺ λέγεις, ὅτι βασιλεὺς ἐγώ κ. τ. λ.“ Quamquam enim facile largimur, commentarios illos, quos Johannes de vita Jesu Christi scripsit, serius exaratos esse, quam hanc Pauli ad Timotheum epistolam, facile tamen ex παραδόσει scire potuit Paulus, Christum hanc ὁμολογίαν καλὴν praesente Pilato edidisse. Vid. *Wegscheiderus* ad h. l. — ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. Bene explicuit significationem praepositionis ἐπὶ Chrysostomus ita: ὡς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος, ἐπερωτῶντος αὐτόν· σὺ, εἰ βασιλεύς; Est ergo ἐπὶ h. l. *coram.* Dici hanc praepositionem cum secundo casu imprimis de judice, coram quo lis agatur, ostendit *Hermann.* ad *Viger.* ed. 3. p. 859.

V. 14. Per τὴν ἐντολὴν non proxime praecedentia praecepta videtur intelligere P., sed est potius *lex divina* h. l. ἡ ἐντολή. Ipse *Schleiermacherus* provocavit ad 2 Petr. II, 21., ubi ἡ ἐντολὴ etiam in singulari numero non de *singulari praecepto,* sed de *lege in universum* dicitur. — Adjectiva ἄσπιλον et ἀνεπίληπτον retulerunt quidem nonnulli ad ἐντολήν: quod tamen ferri omnino

15 τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ κύριος τῶν κυ-
16 ριευόντων, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσ-

nequit. Hac nimirum vocabulorum structura adscita, epitheta accuratius describerent τὴν ἐντολήν. Ubi vero adjectivum substantivum illud, cui additum est, accuratius definit, ibi semper repetitur articulus. Vid. *Winer. Gr. N. T.* ed. 3. p. 116. Huc accedit quod ἄσπιλος et ἀνεπίληπτος alias non tribuantur rebus, sed personis. Ergo cum σὲ jungenda sunt haec adjectiva. — μέχρι τῆς ἐπιφανείας κ. τ. λ., *usque dum apparuerit Christus.* Neque de morte Timothei, quae fuit opinio Chrysostomi, neque de excidio Hierosolymorum, sed de reditu Messiae, qui apostolis promissus erat secundum Actt. I, 11., h. l. sermonem institui, verba ipsa satis clamant. Ultimum terminum, ad quem usque (μέχρι; vid. *Tittm. Lex. Synon. N. T.* Spec. II. p. 5.) Timotheo ἡ ἐντολὴ servanda sit, ponit apostolus. Vid. *Heydenreich.* ad h. l.

V. 15. ἣν δείξει, h. e. φανερὰν ποιήσει, λαμπρῶς παρασκευάσει. Bene contra *Schleiermacherum*, qui hoc toto in loco et imprimis in doxologia, quae nunc sequitur, et in phrasi ἐπιφάνειαν δεικνύναι, quae sane alias non legitur, offendit, monuit *Planckius* l. l. p. 223.: „*Die ungewöhnliche Redensart ἐπιφάνειαν δείξει — reicht noch nicht hin, die ganze Stelle als unpaulinisch verdächtig zu machen. Sie ist wenigstens dem Geiste der Paulinischen Christologie keineswegs entgegen, nach welcher Gott als die erste und letzte Ursache der durch Christus zum Heil der Menschen getroffenen Anstalten, und aller damit zusammenhängenden Umstände betrachtet wird, zu welchen also allerdings auch die ἡμέρα τοῦ κυρίου zu zählen ist.*“— καιροῖς ἰδίοις Chrysostomus explicuit: καιροῖς ὀφειλομένοις, ὥστε μὴ ἀσχάλλειν, ὅτι οὐδέπω γέγονεν. Vid. Cap. II, v. 7. — μακάριος. Vid. ad Cap. I, 11. Caeterum notandum est, hoc tantum in loco Deum vocari μακάριον in N. T. Vid. *Schleiermacher.* l. l. p. 74. — μόνος δυνάστης. Cf. 2 Maccabb. III, 24. XII, 15. XV, 23., quibus in locis LXX Intpp. eodem vocabulo potentiam Dei exprimunt. In N. T. etiam h. v. de Deo praeter hunc locum non usurpatur. Vid. *Schleiermacher.* l. l. Respexisse apostolum h. l. ad aeonas Gnosticorum et hanc ob causam vocasse Deum μόνον δυνάστην, quae est *Wegscheideri* opinio, non verisimile est. — ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, *summus omnium rex.* Vel iisdem, vel similibus nominibus vocari summum numen in libris sacris, v. c. Apocal. I, 5. XVII, 14. XIX, 16. 2 Maccabb. XIII, 4. 3 Maccabb. V, 35., omnes fere Intpp. monuerunt. Cf. *Suicer. Thes.* T. I, p. 670. et *Wolfius* in *Curis* ad h. l.

V. 16. ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν. Bene explicuit haec Theodoretus: κυρίως ἀθάνατος ὁ Θεός, οὐσίᾳ γὰρ ἀθάνατος, οὐ

ιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν. Τοῖς πλουσίοις 17
ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐν τῷ Θεῷ

μετουσίᾳ, qualis nostra est immortalitas, aliunde derivata. Conspirant cum hac Theodoreti explicatione verba Justini Martyr. quaest. et resp. ad Orthod. 61., quem locum excitavit *Heydenreichius: Μόνος ἔχων τὴν ἀθανασίαν λέγεται ὁ Θεὸς, ὅτι οὐκ ἐκ θελήματος ἄλλου ταύτην ἔχει, καθάπερ οἱ λοιποὶ πάντες ἀθάνατοι, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας οὐσίας. — φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον. Φῶς* h. l. teste Theophylacto est *ἡ ἄγαν λαμπρότης, eximia majestas.* Vocatur vero illud *φῶς ἀπρόσιτον*, „*quia nunquam*, ut ait *Calvinus*, *dum hac mortali carne circumdamur, eo usque penetramus in ultima adyta Dei, ut nihil nos fugiat. Ex parte enim cognoscimus, et videmus quasi per speculum et in aenigmate. Ingredimur per fidem in lucem Dei, sed ex parte.*“ — *ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων.* Plane respondet quod legitur Joh. I, 18.: *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*, et 1 Joh. XII, 1.: *Θεὸν οὐδεὶς τεθέαται πώποτε.* Non ad corporeos oculos haec Pauli verba sunt referenda, sed ad animi humani facultatem: nam *θείαν φύσιν ἰδεῖν σαρκὸς ὄμμασιν ἀδύνατον*, quae sunt verba Chrysostomi ad h. l. Sensus: nunquam numen infinitum plane cognosci et perspici potest ab hominibus propter imbecillam mentis eorum aciem, vel potius hebetudinem. — *ᾧ τιμὴ καὶ κράτος, cui honor et potentia aeterna.* Iisdem verbis LXX Intpp. Ps. XXVIII, 2. usi sunt, ubi Aquila habet *δόξα καὶ κράτος.* Vid. *Schleusneri Thes.* s. v. *κράτος.* Hesychio teste *κράτος* saepius idem est q. *δύναμις, ἐξουσία, βασιλεία.* Ita etiam h. l. accipiendum.

V. 17. *Τοῖς πλουσίοις.* Versus, qui nunc sequuntur, sane additamentum esse videntur, quod jam vidit Grotius, qui „*quum epistolam jam absolvisset*, inquit, *venit ei in mentem, speciali admonitione opus habere divites illos mercatores, qui plurimi erant Ephesi.*“ Cf. *Wegscheiderus* ad h. l. — *ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.* Egregie Chrysostomus: *καλῶς εἶπεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι· εἰσὶ γὰρ καὶ ἄλλοι πλούσιοι ἐν τῷ μέλλοντι.* Innuit igitur h. l. apostolus homines, qui hujus terrae divitiis abundant. Hebraeis homines istis divitiis pollentes sunt עשירי עולם animadvertente *Wolfio* in *Curis* ad h. l. — Duo vero nominatim ponit ap., quae cavere debeant divites: *τὸ ὑψηλοφρονεῖν* et *τὸ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι*, superbiam, et spem fallacem, quarum prior ex posteriori nascitur. Genitivum substantivi pro adjectivo saepius poni notissimum est. Vid. *Winer. Gr. N. T.* p. 91. *Hermann.* ad *Viger.* p. 887. et 890. et *Wahl.* in *Clav.* s. v. *ἀδηλότης.* Ergo et h. l. dicitur *ἐπὶ πλ. ἀδηλότητι* pro *ἐπὶ τῷ πλούτῳ τῷ ἀδήλῳ.* Recte autem hujus mundi divitiis adscribit P. *ἀδηλότητα*, nam talis *πλοῦτος puncto mobilis horae permutat dominos et cedit in altera jura* (Hor.). Theodoret. ad h. l.: *Ἄδηλον τοῦ πλούτου τὸ κτῆμα· νῦν μὲν γὰρ*

τῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπό-
18 λαυσιν, ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐ-
19 μεταδότους εἶναι, κοινωνικούς, ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς

παρὰ τοῦτον φοιτᾷ, νῦν δὲ πρὸς ἐκεῖνον μεταβαίνει· καὶ πολλοὺς ἔχων κυρίους, οὐδενός ἐστι κτῆμα. Alios Patrum locos congessit *Suicerus* in *Thes.* T. II, p. 762. — ἐν τῷ Θεῷ τῷ ζῶντι. Vid. ad Cap. III, 15. Egregie *Calvinus* ad h. l. monuit: „*Qui hoc tenebit, facile spem a divitiis suis abstrahet. Nam si solus Deus est, qui nobis omnia suppeditat, transfertur ejus officium ad divitias, si spes in iis locatur. Observa autem, esse tacitam antithesin, quum praedicat, Deum affatim dare. Sensus enim est: Etiamsi plena rerum omnium copia affluamus, nos tamen nihil habere, nisi ex sola Dei benedictione, quoniam ea sola est, quae nobis subministrat, quicquid opus est.*“ — εἰς ἀπόλαυσιν, *ut iis fruamur.* Cap. IV, 3. erat: εἰς μετάληψιν. Vid. *Schleiermacher.* l. l. p. 76. Ad Essenos respexisse Paulum, vix credi potest.

V. 18. ἀγαθοεργεῖν κ. τ. λ. *Ut beneficia (in alios) conferant et recte factis locupletes, liberales atque benefici sint.* Quum h. l. Paulus εὐμεταδότους et κοινωνικοὺς conjunxerit, κοινωνικὸν h. l. *liberalem* significare patet. Vid. *Suicer.* T. II, p. 128. Alias hoc adj. notat hominem ad societatem ineundam pronem. Cf. *Wahlius* in *Clav.* s. h. v. Non inepte excitavit *Heydenreichius* Lactant. V, 6, 12. „*Divina religio sola efficit, ut homo Dei patrisque communis beneficia cum iis, qui non habent, partiatur.*“

V. 19. ἀποθησαυρίζοντας κ. τ. λ. Interpretes nonnulli, verbum ἀποθησαυρίζειν ad vocabulum θεμέλιον non satis quadrare, bene animadvertentes, variis conjecturis loco mederi studuerunt, quas non sine diligentia recensuit *Wolfius* in *Curis* ad h. l. Sic pro θεμέλιον *Johannes Clericus* in notis ad versionem Gallicam conjecit κειμήλιον, *Lamb. Bosius* vero (*Exercitt. philoll.* p. 229.) provocans ad Tob. IV, 9. (ubi leguntur verba: θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης) θέμα λίαν καλὸν legendum censuit. Quum tamen nullius libri manu scripti testimonium his locum sanandi tentaminibus suffragetur, jam ille *Lamb. Bosius* suae ipsius conjecturae diffisus, ut vulgata lectio, quamvis ea aliqua duritie laboret, retineretur et voci θεμέλιον vocabuli θέμα significatus tribueretur, auctor suasorque fuit. Non inepte, ut mihi quidem videtur. Utrumque enim vocabulum ejusdem certe esse originis, inter omnes satis constat. Et Francogalli quidem simile habent vocabulum (*Fond*), quod et fundamenti et pecuniae depositae involvit notionem. Quid vero impedit, quo minus vertamus h. l.: *und sich einen guten Fond auf das Zukünftige sammeln?* Causa vero, ex qua P. hos thesauros εἰς τὸ μέλλον coacervandos vocaverit θεμέλιον, in aprico est. Indicat nimirum θεμελίου nomen stabilem et firmam durationem; neque enim tineis, aut furibus, aut incendiis obnoxiae sunt divitiae spirituales, quas nobis

θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ὦ Τιμόθεε, τὴν παραταθήκην φύ- 20
λαξον, ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως· ἥν τινες ἐπαγ- 21

in coelo recondimus, sed perpetuo manent extra periculum constitutae.

V. 20. τὴν παραταθήκην. Patres nonnulli atque Codices, quos recensuit *Heinrichsius* ad h. l., legunt παραθήκην. Sed, ut recte jam animadvertit *Krebsius* in *Observatt. in N. T. e Josepho* p. 395., utram lectionem sequaris, nihil interest, quum utraque vox eundem sensum habeat, utraque probae sit notae. Cf. Thom. Mag. et *Sturz.* in *Lex. Xenoph.* s. h. v. Est autem παραταθήκη proprie, *quod alicujus fidei curaeque custodiendum committitur, ea lege, ut, si libuerit, ab eo tanquam tuum repetere possis.* Cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 313. Deinde significat etiam *pignus.* Vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. IV, 1. *Wesseling.* ad Herodot. VI, p. 471. et 477. — τὰς βεβήλους κενοφωνίας, *profanas de rebus inanibus disputationes.* Chrysostomus quidem legit καινοφωνίας, quae lectio et expressa est a Vulg., et reperitur etiam in uno alterove Codice. Sed praeferenda est procul dubio vulgaris scriptura. *Calvinus* ad h. l. ita commentatus est: „Κενοφωνίαι *non sunt in singulis vocibus, sed in perpetua resonantia, quam despumant ambitiosi homines, qui plausum magis captant, quam ecclesiae profectum. Et aptissime expressit Paulus rem ipsam. Nam quum grande nescio quid resonent, nihil tamen subest; est igitur inanis tinnitus, quem profanum etiam vocat, quoniam extincta est vis Spiritus, simulatque doctores ita inflant suas tibias ad suam eloquentiam venditandam.*“ — ἀντιθέσεις sunt h. l. *quaestiones ad disputandum propositae, Streitfragen,* ζητήσεις v. 4., quae e sapientia illa, falso scilicet sic cognominata, oriuntur. — γνῶσις est *de religione scientia subtilior.* Quae quidem scientia quamvis, quum per se bona sit, ut omnibus probetur necesse est, facile tamen, ut in inanem doctrinam, in vanas disputationes atque adeo argutias degeneret, accidit. Talis doctrina inanis et falsa menti apostoli obversata est, et vocavit eam ψευδώνυμον γνῶσιν. Καλῶς ψευδώνυμον εἶπεν· inquit Chrysostomus; ὅταν γὰρ πίστις μὴ ᾖ, γνῶσις οὐκ ἔστιν· ὅταν ἐκ τῶν οἰκείων λογισμῶν τίκτεταί τι, γνῶσις οὐκ ἔστιν· ἢ τάχα τοῦτό φησι, διότι τινὲς ἑαυτοὺς ἐκάλουν τότε γνωστικούς, ὡς πλέον τι τῶν ἄλλων εἰδότες. Quaeritur tamen, num *Gnosticorum* nomen tempore apostoli jam in usu fuerit; familiae certe Gnosticae serioris demum originis sunt. Semina vero Gnosticismi vulgo sic dicti jam tempore apostolorum sparsa esse, negari omnino nequit. Vid. 2 Petr. II, 15. Coloss. II, 23.

V. 21. ἥν τινες — ἠστόχησαν. Ex effectu nunc demonstrat apostolus, quam noxia et quantopere detestanda sit ista fucata sapientia. De constructione verbi ἀστοχεῖν cum praep. περὶ jam disseruimus ad I, 6. *Quam profitentes sapientiam a fine recto, quod ad*

γελλόμενοι περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. Ἡ χάρις μετα σοῦ. Ἀμήν.

Πρὸς Τιμόθεον πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς.

fidem attinet, aberrarunt. Cf. I, 19. ubi sunt verba idem fere significantia: περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν. Vid. *Schleiermacher.* l. l. pag. 89. — Subscriptionem libri serius additam esse, vel eo probatur, quod Phrygia non multo ante Constantinum *Pacatianae* cognomen nacta sit. Vid. prolegg. Abest etiam tota haec subscriptio a Cod. Alex. et vers. Syriaca.

EXCURSUS I.

IN QUO DE SCRIPTURAE DIVERSITATE, QUAE EST 1 TIMOTH. III, 16., EXPONITUR.

Quamquam de singulis verbis, quae 1 Timoth. III, 16. leguntur, in commentario satis exposuisse nobis videmur, opus tamen etiam esse duximus, ut de scripturae diversitate, quae ibi locum habet, singulatim exponeremus. Recentioris aevi Theologos, qui eandem provinciam ante nos ceperunt, in notis illi commati subjectis jam nominavimus. Nos autem in hac dissertatione scribenda hoc imprimis egimus, ut, quid Critici in libris manu exaratis, versionibus, aliisque fontibus invenerint, nostro simul judicio paucis interposito, narraremus.

Triplicem jam existere scripturam in illo commate, aliis nimirum Θεὸς, aliis ὃς, aliis ὃ legentibus, inter omnes constat. Pro lectione ὃ, a qua incipiamus, nullus Criticorum recentiorum [1]) stetit. Causae in promtu sunt. Inter *Codices* scilicet tantum *Claromontanus* [2]) habet lectionem ὅ. E *versionibus*

1) Excepto *Schulthessio* in libro: *Exegetisch-theologische Forschungen.* Vol. II, P. 2., ubi legitur dissertatio, quae hanc habet epigraphen: *Liturgischer Nachlass der ersten Christenheit.*

2) Testis hujus rei est *Griesbachius*, qui contra *Woidium*, Theologum olim Londinensem, lectionem ὅ in illo codice a prima

Vulgata antiqua et nova eandem tuetur lectionem, Syriaca vero utraque, Arabica Erpen., Aethiopica et Armenica alterutrum legerunt pronomen, sive *qui*, sive *quod*.

Patres vero Latini ad unum omnes habent: „*Mysterium*, s. *sacramentum*, *quod manifestatum est*.“ Neque hoc mirum, quum Patres ecclesiae occidentalis omnes secuti sint versionem Vulgatam. Per *mysterium* vero ipsum Christum intellexerunt [3]).

Quamquam vero haec testimonia pro lectione ὃ allata sunt, obstant ei tamen longe graviora argumenta ex verborum

manu esse, ostendit. Verba *Griesbachii* haec sunt: „*Woidius in litteris ad virum quendam doctum nuper datis* (*vid. Michaelis biblioth. orientalem et exegeticam part. 7. p. 138.*) *se inspexisse narravit codices Regium Parisiensem, rescriptum illum, qui nobis est C, atque Claromontanum, quorum prior pro lectione* ὃς, *posterior autem pro lectione* ὃ *a Wetstenio aliisque laudatur; sibi vero falsam aut incertam visam fuisse Wetstenii de hac causa relationem. Sed licebit mihi dissentire ab humanissimo Woidio. Ipse utrumque codicem satis diu atque sedulo tractavi. Ad claromontanum igitur quod attinet, primum latina versio, quae inde ab antiquissimis temporibus constantur quod habebat, dubitare nos non simit, in codice hoc, qui a vetusta latina translatione fere nunquam discrepat, ab initio* ὃ *lectum fuisse. Deinde emendationis recentioris, qua ex O factum est ΘΣ, indicia supersunt satis luculenta. Ab initio nempe erat O, a qua linea σύγος sive nova linea incipiebat. Emendator abrasa dimidia circelli parte, hoc O mutavit in C, quo facto ante hoc C adjecit Θ. Sed quum primitus O, in C jam mutatum, prima fuisset linea litera, Θ extra lineam, in margine, adjoni debuit, adeoque ipsum suo loco ac situ emendatoris, a quo additum fuit, manum prodit. Porro Wetstenius aliique emendationem factam esse tradunt a manu recentiori; Woidius vero recentiorem quidem manum agnoscit in lineola literis in circulo τοῦ* $\overline{\Theta\Sigma}$ *superimposita, et Θ instaurato; sed mediam lineolam, sive diametrum hujus literae, ab antiqua manu esse contendit, atque hinc totum Θ antiquitus adfuisse colligit. Facili negotio Woidii testimonium cum aliorum narrationibus conciliari potest. Tenendum scilicet est, claromontanum codicem plurium, quatuor, quinque aut sex emendatorum manus procedente tempore expertum esse, quorum recentiores non raro repetierunt atque instaurarunt antecessorum suorum emendationes. Fuerit igitur Θ adjectum diu antequam recentissimus quidam corrector circellum τοῦ Θ pallescentem atramento denuo obduceret; attamen a prima manu non adfuit.“ Praef. edit. N. T.* Vol. II, pag. IX. sq. coll. *Symboll. critt.* P. II, p. 51. sqq. Ejusdem sententiae fuerunt *Bengelius Appar. crit.* ad h. l. *Wetstenius edit. N. T.* h. l. *Baumgarten.* in *Vindicc.* p. 9., qui „*Lectionem* δ, inquit, *unicus duntaxat codex ex prima manu habuit, Claromontanus graecolatinus, licet recentior manus ex eo* ΘΣ *formaverit.*“

3) Vid. *Weber. Crisis loci Paulini 1 Timoth.* III, 14 — 16. pag. IX.

vicinia petita. Concedamus nimirum, dici posse: τὸ μυστήριον ἐφανερώθη, negamus tamen et pernegamus, de manifestatione mysterii ἐν σαρκὶ in N. T. libris sermonem institui. Porro verbum δικαιοῦσθαι omnino non quadrare in v. μυστήριον, quis est, quin videat? Ita etiam negari nequit, dici *posse*: μυστήριον ὤφθη (ut v. c. Matth. V, 8. ὄψονται τὸν Θεὸν [4]) et Hebr. XII, 14. χωρὶς ἁγιασμοῦ οὐδεὶς ὄψεται τὸν κύριον dicitur); hoc tamen negamus, apostolos ullo in loco ita revera dixisse. Porro verba ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ de mysterio recte quidem usurpari possunt; sed ἀνελήφθη ἐν δόξῃ ad Christi personam, non ad τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον pertinere, ut multis probemus non opus esse videtur.

Pro scriptura ὃς sane gravissima argumenta externa, quae dicunt, afferuntur. Defendunt eam libri manu exarati ii, qui apud doctos harum rerum arbitros multum semper auctoritatis habuerunt, *Alexandrinus* scilicet codex, *Regius*, qui asservatur in bibliotheca Parisina et apud *Griesbachium* habet literam C., *Augiensis* et *Boernerianus* [5]).

Ex versionibus sequuntur hanc scripturam Syriaca posterior in margine et Coptica. Aliae versiones num ὃ an ὃς legerint, non satis constat [6]).

Eandem lectionem tuentur inter ecclesiae graecae Patres Cyrillus Alexandrinus, Theodorus Mopsuestenus et Epiphanius. De aliis non certo constat. Notandum simul est, rarissime hunc nostrum locum a Patribus graecis excitatum esse, et ne in litibus quidem cum Arianis agitatis τοῦ Λόγου

4) *Tittmann. Lex. Synon. N. T.* Spec. VII, p. 11.: „*Dubitamus an in verbis ὄψονται τὸν Θεὸν quaerenda sit notio familiaritatis et consuetudinis arctioris cum Deo, ut in Lexicis vulgo traditur, sed putamus, summam eorum felicitatem describi, qui verius intelligant sanctitatem, sapientiam et amorem Dei.*“

5) Vid. *Griesbach.* ad h. l. et in *Symbb. critt.* p. XXVIII—LIV.

6) Vid. quae hac de re supra monuimus. Cf. *Griesbach.* l. l. *Heinrichs*, in „*Excursu, quo locus* 1 Tim. III, 16. *rationibus tam criticis quam exegeticis exponitur.*“ p. 106.

divinitatem ex h. l. adstruere studuerunt ecclesiae orthodoxae doctores. Quam parum tamen in ejusmodi causis silentio scriptorum sit tribuendum, inter omnes constat. Caeterum inter tres illas lectiones lectionem ὃς longissime a regulis grammatices recedere, in aprico est. „*Scribendum fuisset:* ὁ *φανερωθεὶς ἐν σαρκὶ, et tamen non conveniret cum disputationis serie.*“ [7]) Non possumus igitur non mirari, hanc lectionem pluribus VV. DD. recentiori tempore arrisisse [8]).

Quod denique ad lectionem Θεὸς attinet, longe plurima et gravissima pro ea afferri possunt testimonia. Si *Baumgartenio* [9]) fides habenda est, reperitur vox Θεὸς h. l. ad minimum in centum et undecim codicibus graecis [10]). E *versionibus* quidem sola Arabica polyglott. vulgatam hanc lectionem secuta est; quod vero ad patres graecos attinet, multos eorum Θεὸς legisse, omnes fere animadverterunt epistolae interpretes [11]). Huc accedit, quod lectio Θεὸς optime conspiret cum verborum structura et contextu, unde et factum est, ut haec vox h. l. longe plurimis et editoribus et interpretibus probata sit [12]). Et nonne, si legimus h. l. Θεὸς, sensus existit consentaneus doctrinae biblicae

7) Verba *C. Chr. Tittmanni* in Dissert. *de glossematis N. T. investigandis et dijudicandis: Opuscc. Theologg.* p. 525.

8) *Griesbachio* scilicet, *Cramero*, *Wegscheidero*, *Heinrichsio*.

9) l. l. p. 11.

10) Cf. *Griesbach.* l. l. et *Heinrichsius* l. l. p. 104.

11) „*E patribus Gregorius Nyssenus*, *Chrysostomus*, *Theodoretus*, *Johannes Damascenus*, *Oecumenius*, *Euthalius*, *Theophylactus manifesto* Θεὸς *legerunt.*“ *Heinrichsius* l. l. Cf. *Weberus* l. l. p. XIX.

12) *Bengelius* ad h. l. „*Sane*, inquit ὃς *nihil habet, quo commode referatur.* Θεὸς *planum est atque nativum.*“ — *Ernestius Opuscc. philoll. et critt. Spec. Castig. Wetsten.* p. 343.: „*Non succurrebat homini illud:* ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο: *nec* Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, *quod tum in libris fuisse, nemo, nisi valde cupidus, dubitabit post egregiam Baumgartenii demonstrationem.*“ — *Patricius* in *Vindicc. vocis* Θεὸς *in Oraculo Paulino* 1 Tim. III, 16. p. 25. „*Cum conferimus argumenta, quae pro et contra* Θεὸς *pugnant, haec ab illis vi et auctoritate longe superari facile cognoscet, cuicunque animus praejudiciis vacuus et veritatis vere studiosus est.*“

et ingenio Paulino? Nonne idem ille apostolus dixit in loco illo notissimo Rom. IX, 5. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας? [13]) Nonne ipse testatur apostolus Coloss. II, 9., in Christo habitasse πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος

13) Neque tamen cumulandi sunt loci, in quibus Paulus Christum Dei nomine compellaverit, sed diligenter, penitusque examinandi et exquirendi. Sic Dogmatici nonnulli, et nuperrime etiam vir quidam doctus, qui in S. V. *Tholuckii Indice Litterario.* 1837. No. 4. ss. p. 25—62. singularem dissertationem: *de locis illis, in quibus Paulus Christum Dei nomine compellaverit,* inseruit, excitant in hanc rem etiam verba apostoli, quae leguntur Tit. I, 3. et II, 13. Et quamquam, ut de hoc posteriori loco ordiamur, apostolum scribere potuisse multi dubitarunt: ὁ μέγας Θεὸς ἑαυτὸν ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, habet tamen sententia eorum, qui ἡ δόξα τοῦ μεγάλου Θεοῦ ad Christum referunt, quo commendetur. Non inepte certe vir ille doctus in *Tholuckii* libro laudato contendit, ab apostolo, si verba τοῦ μεγ. Θεοῦ ad Deum, σωτῆρος ἡμῶν ad Christum retulisset, scribendum fuisse τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Jam si sententia eorum, qui in ep. ad Tit. II, 13. de Christo sermonem institui opinantur, quibusdam rationibus se commendat, nequaquam tamen verba, quae leguntur Tit. I, 3., ad Christum referenda esse, probari potest. Putat quidem vir ille doctus, quem modo excitavimus, non posse non referri haec verba ad Christum, *primum*, quia in iis, quae statim antecedunt, jam de Deo locutus sit apostolus; *deinde*, quia Paulus alias nunquam dixerit, se κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ vocatum esse ad munus apostoli, sed se ipsum semper ἀπόστολον διὰ θελήματος Θεοῦ vocaverit. Argumenta tamen, quae in medium protulit, me, quamquam ea, quae V. D. de rebus grammaticis disseruit, non sine laetitia perlegi, non eo perduxerunt, ut ad partes ejus transirem. Cur Paulus se non apostolum κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ vocare potuerit, non video. Non multum enim differunt verba κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ ab illis, quae Galat. I, 1. leguntur: διὰ θελήματος Θεοῦ. Illud scilicet est: *secundum mandatum Dei*, hoc: *per voluntatem Dei.* Et non ita anxii sunt apostoli, ut, ubi de beneficiis, quae per Deum atque Christum et singulis hominibus et universo generi humano contingunt, loquuntur, verbum, quod proprie Christo conveniat, non etiam Deo tribuant, et vice versa. Sic v. c. et Deus et Christus dicuntur homines καλεῖν, quamquam negari nequit, a Deo per Christum homines invitatos esse. Exempla Lexica vulgaria habent. Quidni igitur P. se dicere potuit apostolum κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ? Et non solum potuit ita dicere, sed revera etiam Rom. XIV, 26. dixit κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, ad quem locum V. D. etiam respexit. Ad v. 4. vero non debebat V. D. provocare; non enim offendit hoc, quod duobus subjectis unum epitheton uno in loco tribuitur, sed hoc sane offenderet, si Christus uno in loco bis vocatus esset σωτήρ. Caeterum, ut ad primum V. D. argumentum breviter respiciamus, non inepte ap. Deum v. 2. τὸν ἀψευδῆ Θεὸν, et deinde τὸν σωτῆρα vocavit. In promissione enim illa, quam Deus πρὸ χρόνων αἰωνίων dari jusserat, veracitatis suae testimonium exhibuit; κηρύγματι autem, quod apostolo concreditum erat, manifestavit voluntatem hominem servandi, indicavit se esse Θεὸν σωτῆρα.

σωματικῶς? Nonne tamquam Dei imago, et quidem sensu egregio, repraesentatur ut a reliquis N. T. scriptoribus ita imprimis etiam a Paulo [14])?

Liceat mihi nunc communicare cum lectoribus, quod *Michael Weberus*, professor olim Vitebergensis, de hoc loco conjecit, quamquam vir b. hac in re paucorum virorum doctorum plausum tulit.

„Legenti mihi olim versionem hujus loci syriacam cogitatio oborta est, an forsan Syrus in codice suo legerit ὅτι sine Θεὸς, suoque *Dolath*, quod quidem per se spectatum ambiguum est, et τῷ ὃς et ὃ non minus respondet, quam τῷ ὅτι, hoc ipsum exprimere voluerit, subaudito nimirum Θεὸς ζῶν, ut idem esset, ac si dixisset Paulus: ὅτι ὁ Θεὸς ζῶν ἐφανερώθη κ. τ. λ. sicuti Johannes epist. I. Cap. I, 1. „ἡ ζωὴ (i. e. Θεὸς ζῶν) ἐφανερώθη." Poteram quidem alia etiam via ad eandem deferri conjecturam; sed id nihil ad me. Narro, quod factum est: quod fieri potuisset, jam non curo. Unde, cogitabam mecum, Syrum alterutrum Pronomen, sive ὃς, sive ὃ, legisse, aut ejus verba ad latinam versionem mutata esse, certo constat? Nonne eum ὅτι legisse fingere licet? Sane quidem licet: cum *Dolath* non solum Pronominis locum obtineat, sed notet etiam Conjunctionem caussalem, inserviatque Accusativo cum Infinitivo et Objecto exprimendo, plane uti Latinorum *quod, quia, quoniam* non tantum *welches, weil, denn*, significat, sed vulgo etiam, in vulgata praecipue versione, antiqua et nova, pro Accusativo cum Infinitivo adhibetur, et Objectum non raro indicat. Cujus generis exempla etsi ubivis offenduntur, pauca tamen, tironum caussa, apponere juvat."

„1 Cor. XV, 3. 4. Versio antiqua: „Tradìdi vobis inprimis, sicut accepimus, *quia* (nova: *quoniam*) Christus mor-

14) Cf. S. V. *Hahnii Lehrbuch des christlichen Glaubens* §. 53. p. 219. sqq. *Heydenreichius* in Comment. ad h. l.: „*Der Satz Θεὸς ἐφαν. ἐν σαρκὶ ist dem anderweitigen Lehrtropus der neutestamentlichen Schriftsteller und Pauli selbst analog, z. B. dem johanneischen: ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, und dem paulinischen: ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών.*"

tuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, et *quia* sepultus est etc.“ Gal. I, 11. „Notum enim vobis facio, fratres, evangelium, quod evangelizatum est a me, *quia* non est secundum hominem.“ v. 13. „Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo, *quod* (nova: *quoniam*) supra modum persequebar ecclesiam Dei.“ Eph. III, 2. 3. „Si tamen audistis dispositionem Dei gratiae, quae data est mihi in vobis, (nova addit: *quoniam*) secundum revelationem cognitum mihi factum est sacramentum.“ 1 Tim. IV, 1. qui locus nostrum proxime sequitur. „Spiritus autem manifeste dicit, *quia* in novissimis temporibus recedent quidam a veritate.“

„Quamquam vero nihil habebam, quo conjecturam illam confirmarem; valde tamen mihi arridebat, et, ut confirmari posset, optabam, cum intelligerem, ea admissa, ad varias dubitationes, quas libenter moveant lectionis receptae oppugnatores, optime facillimeque responderi posse. Sic enim, ut hoc exemplo utar, praeter eas caussas, quas *Baumgartenius* et *Patriccius* recte proposuerunt, nova apparet, cur *Cyrillus Alexandrinus* contra *Julianum*, negantem, Jesum a Paulo unquam Deum fuisse appellatum, non provocaverit. Cum enim (loquor ex hypothesi) in hoc loco *Dei* nominatim mentio facta non esset: melius videbatur, hunc locum plane omittere, et argumenta pro caussae veritate aliunde sumere. Erat enim periculum, ne verba ab adversario pertinaci, mentionem *Dei* indubitatam omnique exceptione majorem urgente, in alienum sensum detorquerentur, et arma ab hoc oraculo petita, quamvis idonea, eluderentur. Neque e conjectura nostra necesse est, ut absentiam vocis *Aloho* cum *Baumgartenio* sive e studio ambiguitatis cujusdam evitandae, sive arcani disciplina repetamus, et defectum verbi *Dei* cum *Bengelio* vel oscitantiae librarii, vel ipsius interpretis religioni tribuamus. Accedit, quod lectionum vulgatarum genealogia hac ratione multo minori negotio indagari posse videtur. Si enim *OTI* scriptum est ab Apostolo, omisso *ΘΕΟΣ*, nonne facile fieri potuit, ut ob praecedens *μυστήριον* a lectore aut librario non satis attento, nec ordinem verborum et nexum

diligenter animadvertente pro *O,TI* haberetur; praesertim cum v. 15., qui proxime antecedit, ἥτις positum videret pro ἥ? Quemadmodum igitur Act. IV, 16. ex *O,TI* ortum est *OTI*: ita mutatio τοῦ *OTI* in *O,TI* quo minus mente concipiatur, quid obstat? Jam vero, hoc quasi mutationis fundamento jacto, estne absurdum opinari, perspicuitatis adjuvandae atque ambiguitatis tollendae caussa ex *OTI* pro *O,TI* habito factum esse *O*? Sed, hac mutatione facta, cum nova sentiretur difficultas, essetque in promtu, talia debere esse Praedicata, qualia permittant sua Subjecta: *O* in *OΣ* mutandum existimabatur, ita, ut vel ad Deum vivēntem, de quo sermo est v. 15., i. e. ad Christum, vel per enallagen ad μυστήριον, quo facilius de Christo intelligeretur, referri posset. Re autem ne sic quidem confecta, vel constructionis illius durities, vel hujus enallages neglectus novam mutationem suasit, atque ad eam cogitationem deduxit, ut *OΣ*, etsi carebat compendii nota, pro $\overline{OΣ}$ seu $\overline{ΘΣ}$ acciperetur, ac primum addito contractionis signo, deinde vero, omnis dubitationis et obscuritatis removendae caussa, plene *ΘΕΟΣ* scriberetur, et pro vera lectione haberetur. Aut, si breviorem expetas genealogiam, cogites, quaeso, nomen *ΘΕΟΣ* in margine codicis, supplendi caussa, primum adscriptum, postea vero, cujus generis exempla quam plurima esse constat, ipsi textui insertum *). Quod per compendium $\overline{OΣ}$ scriptum quomodo in *OΣ* et *O* immutari potuerit, non difficile est repertu. Sed nolo id multum urgere, cum lectionum *OΣ* et *O* origo etiam sine conjectura nostra possit explicari, sive cum *Baumgartenio* (pag. 39—41.) compendium scribendi, sive cum *Bengelio* (ad h. l.) Aphaeresin in subsidium advocemus. Tum etiam, si Paulum nomen *Dei* subaudiendum reliquisse fingeremus; non mira esset varietas ista et inconstantia in scriptis Patrum graecorum obvia: quippe qui modo λόγον, modo Θεὸν, modo Ἰησοῦν, modo Κύριον, modo σωτῆρα, modo μυστήριον Subjectum faciunt, vel etiam plane omittunt.

*) Sic *Trostius* et *Schafius* nomen *Dei*, e commate superiori supplendum, in versione addunt, quamquam non est in textu syriaco.

Cum enim Subjectum mente et cogitatione addendum esset; aliud alii placebat, et, quod etiam in nostris interpretibus videre licet, idem Pater nunc sic, nunc aliter supplebat. Quae omnia cum animo ponderarem; non erat credibile, interpretem latinum primitus habuisse: *quod* manifestat*um* est. Eum potius vertisse existimabam: *quod* (vel *quia*, *quoniam*) manifestat*us* est, secundum illum τοῦ *quod*, *quia*, *quoniam* usum. Cum vero post ad locum *Origenis* Epist. ad Rom. Lib. I. ad Cap. I, 2. *) devenirem, eumque cum nonnullis aliis, nominatim *Eucherii Lugdunensis*, *Liberati Carthaginiensis*, et *Hilarii Pictaviensis* a *Baumgartenio* jam in medium productis **) compararem; multo propius ad veritatem accessisse mihi videbar. Vocula *quia* in loco illo *Origenis*, si per se spectatur, laborat quidem ambiguitate. Incertum enim est, utrum referenda sit ad Apostoli, an ad *Origenis* verba. Si, ut videtur, ad verba Apostoli pertinet; denuo non constat, utrum sit oratio *directa*, an *indirecta*. Si est oratio *directa*; *quia*, ut graecum ὅτι, habendum est pro *recitativo*, quod ab initio verborum alterius, qui loquens introducitur, pleonastice collocari solet. Sin oratio *indirecta*; vertendum est *dass* ***). Quamquam vero ambiguitatem τοῦ

*) Qui locus *Rufino* interprete ita habet: „*De quibus quamvis periculosum videatur chartulis committere sermonem; tamen non otiose praetereunda sunt dicta sapientum et aenigmata, sed subtili admodum mentis acie, in quantum res patitur, velut per quoddam speculum contemplanda: ne forte is, qui Verbum caro factus apparuit positis in carne, sicut Apostolus dicit, quia* (*Wetstenius* sine caussa in parenthesi addit: *Lege qui, et Griesbachius: Forte qui*) *manifestatus est in carne, justificatus in spiritu, apparuit angelis, non eis absque evangelio apparuit, sicut ne nobis quidem hominibus, ad quos missum se dicit evangelizare pauperibus* etc.“ Fortasse hic locus genuinam latini Interpretis versionem atque idoneum veritatis conjecturae meae testem continet.

**) Vid. pag. 17. seqq. ubi etiam de versione latina eandem proponit sententiam. „*Admodum*, inquit, *probabile est, antiquitus habuisse versionem veterem Italam: quod manifestatus est in carne etc.*“

***) Eadem cum ambiguitate locus Psalmi XCI, 11. affertur, Matth. IV, 6. „*Γέγραπται γάρ· Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ κ. τ. λ. — Scriptum enim est: Quia mandabit angelis de te.*“ Nimirum hic incertum est, utrum ὅτι respiciat hebr. כִּי,

quia in loco Origeniano per se considerato negare non possum; nescio tamen, an, si cum illis comparetur, ulla remaneat obscuritas. Denique codex *Uffenbachianus*, qui *Bengelio* teste, ex optimis codicibus deductus *plura genuina omittit, quam aliena admiscet*, opinionem nostram haud abnuere, immo confirmare videtur. Nam habet quidem Θεὸς, sed appositum etiam est γὰρ, quod forte ex ὅτι Θεὸς originem habet. Sic Joh. X, 26. οὐ γὰρ, al. ὅτι οὐκ. Rom. I, 19. pro διότι τὸ et ὅτι τὸ legitur etiam τὸ γάρ. Eph. III, 3. κατὰ ἀποκάλυψιν γὰρ ἐγνωρίσθη, al. ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνωρίσθη."

„Ingenue quidem profiteor, singula a me hactenus proposita non adeo magnam habere vim. Sed collata in unum et spectata summatim nonne majorem habent? Nescio, an non huc pertineat illud *Ciceronis* ex *oratoriis partitionibus* Cap. XI. ubi: „*Verisimilia*, inquit, *etiamsi videntur exigua per se, multum tamen, cum sint coacervata, proficiunt. Atque in his verisimilibus insunt nonnunquam etiam certae rerum et propriae notae.*"

et Conjunctionem caussalem exprimat, an otiose tantum praepositum sit. Sic, quod e scriptis Patrum notarunt, ambigue dictum est: „— ὅτι ὁ Κύριος ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ — ὅτι ὁ Θεὸς κ. τ. λ. — ὅτι μυστήριον κ. τ. λ."

EXCURSUS II.

EXPLICATUR LOCUS 1 TIMOTH. V, 3 — 16.

Hunc locum, quem in hoc excursu nobis accuratius tractandum sumsimus, non tam ob verba, quae sane satis sunt plana et expedita, quam potius ob res ipsas, quae hic ab apostolo narrantur, locis vexatissimis jure accenseri [1]) quis est, qui neget? Nos quidem primum potissimas certe interpretum, qui in hoc loco Paulino explicando operam collocarunt, sententias exponere, deinde vero nostrum qualecunque judicium interponere satis habuimus.

Sunt primum interpretum nonnulli, qui Paulum per hos tredecim versiculos de una eademque re, nempe de viduis publicis ecclesiae sumtibus alendis et sustentandis sermonem instituere autument. Et inter hos quidem VV. DD., qui hanc tuiti sunt sententiam, mihi nominandi sunt duumviri,

1) Ita v. c. censet *Jaspisius*, qui, postquam versu nono verbum καταλεγέσθω verterat: *in indicem publice alendorum hominum referatur*, addidit in nota versioni subjecta: „*Alii intelligunt hunc locum de eligendis Diaconissis. Non satis liquet, quid potissimum Paulus sibi voluerit.*“

Heinrichsius [2]) nempe et *Wegscheiderus*, qui tamen vir doctus non satis clare et perspicue, quae de versu nono et imprimis de verbo καταλέγειν, quod ibi legitur, sentiat, expressit. Reliqui interpretes, qui mihi innotuerunt, fere omnes in eo non inepte consentiunt, quod Paulum inde a versu nono de longe alia re verba facere, quam prioribus commatibus, statuunt. Et plerique horum interpretum, inter quos imprimis nominandus est *Schleiermacherus* [3]), Paulum inde a versu nono Timotheo suo praecepta rite *in diaconissis eligendis* observanda dedisse, causis, ut sibi persuadent, haud levibus ducti, contenderunt. Duplicem igitur habemus hujus loci explicandi rationem, unam illorum, qui καταλέγεσθαι [4]) v. 9. vertunt: *in catalogum hominum publice alendorum referre*, alteram horum, qui hoc verbum reddunt: *referre in numerum diaconissarum*.

Sed priusquam ad has explicationes rite examinandas pergamus, quaeramus necesse est, num versu tertio, quae communis omnium interpretum est sententia, revera de viduis sustentandis et alendis agatur. Sunt ibi verba χήρας τίμα, τὰς ὄντως χήρας, quae quidem redduntur a VV. DD.: „*adjuva beneficiis viduas hoc nomine dignas*. Sed ego, ut ingenue fatear, nullis rationibus, ut eandem sequerer interpretationem, potui adduci. Quamquam enim minime ire possum in-

2) In Commentario ad h. l. p. 73. ed. 2. Cf. *Rosenmüller.* in *Scholl.* ad verba v. 9. χήρα καταλεγέσθω. „*Eligatur, admittatur in numerum earum, quibus ex oblationibus alimenta praebentur.*“

3) *Kritisches Sendschr.* p. 215—220. „*Wie aber, handeln V.* 9. *folgd. auch noch von der Unterstützung, und heisst* καταλεγέσθω: *sie soll eingetragen werden in das Verzeichniss derer, welche die Gemeine unterhält? Diess ist die durchaus herrschende Erklärung, aber tausend Dinge sprechen dagegen.*“ — Affert nunc non sine sagacitate causas illas, quae ipsum ab illa sententia recedere coegerint, et addit p. 217.: „*Es erhellt nun ganz von selbst, die Einrichtung, die unser Brief vor Augen hat, war, dass diejenigen Wittwen, welche sich in das Verzeichniss der Diaconissen eintragen liessen, eine beständige Wittwenschaft versprachen* etc.

4) Hoc enim verbum omnium hujus loci difficultatum veluti parens est.

stias, apud profanos [5]) non minus quam apud sacros [6]) scriptores de stipendio solvendo dici verbum τιμᾶν, de hoc tamen loco alienissimus esse videtur hic hujus verbi significatus. Quid enim? Locutus erat apostolus statim ante de honore, qui a Timotheo viris aetate provectioribus tribuendus sit [7]); quid ergo aptius, quam praeceptum, ut etiam honore prosequatur τὰς ὄντως χήρας? Audio quidem nonnullos, mihi obvertentes, obstare huic nostrae explicationi verba, quae paulo post v. 17. leguntur, οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, quibus ex verbis luculentissime posse demonstrari putant, stipendia non solum data esse senioribus, sed postulare adeo apostolum, ut alterum tantum addatur salario. Sed ostendimus jam in animadversionibus ad illum locum, τιμήν ibi non esse stipendium [8]), sed potius honorem. Neque

5) Vid. *Sturz. Lex. Xenoph.* IV, p. 292. 8. Semper tamen honoris involvit notionem. Cf. *Passow* in *Lex.* s. h. v.

6) Vid. Actt. XXV, 10. πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς, *multis praemiis nos ornarunt.* Cf. Jes. Sirac. XXXVIII, 1. τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ. Eodem modo a Latinis scriptoribus usurpatur voc. *honos.* Cic. ad Div. XVI, 9., ad quem locum *Manutius: De pecunia intellige, non de honore.* Etiam verbum *honorare* pro: *praemiis ornare* usurpant Latini scriptores. Cf. *Ernesti Clav. Cic.* s. v. *honor. Linde* ad Jes. Sir. l. l. p. 165.

7) Constat sane, Timotheum, quum haec Paulus scriberet, ex juvenili aetate jam excessisse. Sed tribuit ei P. illam νεότητα fortassis respiciens ad alios, qui aetate jam provecti auctoritate pollebant in ecclesia Ephesia. Vid. *Neander Geschichte der Pflanzung und Leitung der christl. Kirche durch die Apostel* T. I. p. 275. *„Wenn Paulus sagt, dass die Jugend des Timotheus Niemand verachten solle, so ist das zwar auffallend, da Timotheus kein Jüngling mehr sein konnte. — Indessen muss man doch berücksichtigen, wie schwankend die Altersbestimmungen oft gebraucht wurden, und dass Paulus, indem er diess schrieb, den besondern Grund haben konnte, dass unter den Häuptern der unevangelischen Partei solche Männer sich befanden, welche durch ihr hohes Alter sich Ansehen und Verehrung erwarben.“*

8) Ejusdem sententiae est etiam *Schleiermacherus* l. l. p. 212. *„Man beruft sich wegen τιμᾶν auf V.* 17., *wo der Sinn von διπλῆ τιμῆ aus den Anführungen V.* 18. *hervorgehen soll, dass es von dem „majori stipendio“ zu verstehen ist. Ich kann das gar nicht, und*

deest mihi testimonium gravissimum, quo huic verbi τιμῆς explicationi majorem etiam auctoritatem majusque pondus addam. Ipse enim Chrysostomus, sagacissimus ille oraculorum divinorum interpres, ita ad h. l. scripsit: *Πολλῆς δέοντος τιμῆς, μισουμένους· ἄνδρας οὐκ ἔχουσι τοὺς προστησομένους· τὸ πρᾶγμα ἐπονείδιστον εἶναι δοκεῖ καὶ δυσοιώνιστον παρὰ πολλοῖς· διὰ τοῦτο πολλῆς αὐτὰς βούλεται παρὰ τοῦ λαοῦ ἀπολαύειν τιμῆς.*

Jam quum de illo loco v. 3. satis nobis disputasse videamur, ulterius progrediamur necesse erit, et quaeramus, quid sibi velint verba v. 9.: *χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα κ. τ. λ.* Jam quum facile pateat, verbum *καταλέγεσθαι*, ut saepius, ita et h. l. esse *e pluribus eligere* [9]), nunc, quum nihil addiderit apostolus, inquirendum est, quod ad munus sive officium, quamnam in rem viduas eligendas censuerit Paulus. Jam plurimi interpretum, ut jam supra adnotavimus, arbitrantur, apostolum his verbis curasse, ut referrentur istae viduae in catalogum, quo nomina eorum legebantur, quos beneficiis ornare oportuerit. Sed ut ab hac sententia recederem, eo potissimum sum permotus, quod in iis omnibus, quae paulo post a *χήραις καταλεγομέναις* postulat, nihil fere legatur, quod dignas eas publico beneficio reddat. Quid enim opus, ut vidua publicis sumtibus alenda jam annum sexagesimum haberet? Quid opus, ut univira esset, ut liberos

am wenigsten, wenn der Brief Paulinisch sein soll, glauben. Wird nicht, wenn von einer Besoldung die Rede sein soll, das διπλῆ gleich ganz buchstäblich? und wer soll denn bestimmen, ob einer ein καλῶς προεστώς ist? und sollte dem Apostel beigefallen sein, die Güte der Amtsführung gleich in Geld auszuwerfen? — Ein anderes wäre noch, wenn man es von freiwilligen Geschenken verstände, wozu die Gemeine ermuntert würde; diese sind Bezeugungen der Achtung, die dann immer der Hauptbegriff bliebe. Dasselbe kann man aber nicht sagen von dem, was die Gemeine dürftigen Wittwen darreicht, und man kann also beide Stellen wohl nicht parallelisiren.

9) Dicitur hoc verbum imprimis de *militibus deligendis s. conscribendis.* Ita hoc verbum reperitur imprimis apud Xenophontem. Cf. *Sturz. Lex. Xenoph.* s. h. v. et *Passow* in *Lex.* s. h. v.

diaconissae, tandem Dei cultorum pedes lavisset? Nonne, si hoc exegisset apostolus, ut publice alerentur viduae, suum tunc potius fuisset, ostendere, egenarum maxime et orbarum et honestarum viduarum nomina in catalogum esse referenda? Ipsa igitur verborum vicinia docere videtur, de viduis publice alendis et sustentandis h. l. non agi ab apostolo, ita, ut non satis mirari possim interpretes tam religiose illi explicationi adhaerentes.

Quae quum ita se habeant, perpendamus nunc, quid de altera illa habendum sit sententia, ex qua verbum καταλέγεσθαι de viduis in numerum diaconissarum referendis sumitur. Et recte quidem primum monuerunt interpretes, Paulum, si de munere diaconissarum agere voluisset, non hic, sed supra cap. III., ubi de muneribus ecclesiasticis verba fecit, occasionem aptissimam habuisse [10]). Huc accedit, quod ad Diaconissarum munera non tantum adsciscerentur viduae, sed etiam virgines Deo vitam suam dicantes, quae quadragesimum aetatis annum haberent, cujus rei testis est *Balsamon* [11]), qui de canonibus apostolorum, conciliorum et patrum exposuit et ad finem seculi duodecimi vixit. Tertium denique argumentum, idque longe gravissimum, qua Paulum hic non de παρθένοις deo devotis loqui ostenditur, desumtum est ex temporum illorum, quibus apostolus scripsit, ratione, et ab Ephesiae ecclesiae tunc temporis statu. Verbum καταλέγεσθαι

10) *Planck.* l. c. pag. 313. „*Es lässt sich vielmehr eben von dem Umstande, dass die Anordnungen über die χῆραι erst hier vorkommen, ein Grund weiter gegen die Vorstellung des Verf.* (*Schleiermacheri* scilicet) *hernehmen, da unfehlbar, wenn P. von der Ansezung eigner Diaconissen in der Gemeine zu Ephesus hätte reden wollen, dieser Gegenstand schon oben Cap. 3. abgethan sein würde.*“

11) Cf. de hoc viro *Schröckh. K. G.* T. XXVII, p. 7. Verba, quae huc spectant, leguntur ad can. 19. Conc. Nic. (ap. *Guil. Beveregium* in *Pandectis Canonum* T. I, p. 458.): „*Τοιοῦτον δέ ἐστι τῶν Διακονισσῶν. Παρθένοι πότε προσήρχοντο τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ κατὰ προτροπὴν τοῦ Ἐπισκόπου ἐφυλάττοντο, ὡς ἀνατεθειμέναι τῷ θεῷ, πλὴν μετὰ σχήμονος λαϊκοῦ. Τεσσαρακοντάετοῦς δὲ ἡλικίας γενόμεναι ἠξιοῦντο καὶ χειροτονίας Διακονισσῶν, εὑρισκόμεναι πάντως ἄξιαι.*“ Vid. *Heydenreich Die Pastoralbriefe Pauli* T. I, p. 270.

quum usurpaverit Paulus, sane de τάγματι, de ordine quodam, in quem viduae illae sint recipiendae, loqui videtur. Quis vero, quaeso, unquam sibi persuadeat, jam illo tempore, quo Paulus hanc ad Timotheum exaravit epistolam, ordinem Diaconissarum Ephesi fuisse institutum? Nonne in ecclesia parva paucae etiam ministrae sufficiebant?

Ergo aliam circumspiciamus explicationem necesse est, ad quam sine dubio perveniemus, accurate animadvertentes ad vocabulum χήρας, quod est in textu Paulino. A primis nimirum et antiquissimis ecclesiae temporibus erat in singulis Christianorum coetibus ordo singularis *viduarum*, a Diaconissarum ordine et auctoritate et officiis et aetate diversus. Vocabantur in universum presbyterissae seu *viduae*, quo nomine memorantur apud Tertullianum, Clementem Alexandrinum et omnes omnino scriptores, qui de rebus ecclesiasticis ante Constantinum Magnum ad nos retulerunt, et quaerebantur *in* iis omnes illae virtutes, quae nostro in loco Paulus a χήρᾳ καταλεγομένῃ exigit. In Christianorum conventibus sedes harum viduarum separatae erant a reliquarum sedibus et haec iis potissimum demandata erat provincia, ut mulieribus Christianis infortunio quodam pressis solamen praeberent [12]), vacillantes erigerent, errantes corrigerent, aegrotas adjuvarent [13]), ut liberos, imprimis puellas parentibus orbas, instituerent [14]). Memorata

12) Testatur hoc Tertullianus, locupletissimus hac in re testis, *de veland. virgin.* c. 9. „*Ad quam sedem* (viduarum) *praeter annos sexaginta non tantum univirae, id est, nuptae aliquando, eliguntur, sed et matres, et quidem educatrices filiorum. Scilicet ut experimentis omnium affectuum structae, facile norint caeteras et consilio et solatio juvare, et ut nihilominus ea decucurrerint, per quae femina probari potest.*“ Nonne hic totidem fere verbis ea habes, quae Paulus in viduis eligendis desiderat?

13) Hieron. ad Nepotian. „*Multas anus alit ecclesia, quae officium aegrotanti praestant, et beneficium accipiunt ministrando.*“

14) Hoc officium injunctum fuisse illis viduis apparet ex Hermae Pastore Lib. I, Vis. II, p. 791. ed. *Fabric.* „*Scribes ergo duos libellos, et mittes unum Clementi, et unum Graptae* (haec enim erat talis vidua). *Mittet autem Clemens ad exteras civitates: illi enim permissum est. Grapte autem commonebit viduas et orphanos.*“ Vides hic, Graptae viduae orphanorum institutionem fuisse demandatam.

dignum etiam est, omnes patres ecclesiae tribus prioribus seculis in hoc loco Paulino explicando non de diaconissis, sed de viduis senioribus, de presbyterissis cogitasse [15]). Quum vero inde a Constantini Magni tempore res Christianorum ecclesiasticae prorsus mutatae essent, etiam hic viduarum ordo prorsus evanuit ex ecclesia [16]), et hinc factum est, ut doctores ecclesiae, morem illum vetustum ignorantes, Paulum de diaconissis locutum esse opinarentur, quum tamen revera de viduis ecclesiasticis locutus sit [17]).

Jam loco Paulino v. 9. ita explicato, quis non intelligit, apostolum non sine jure postulare, ut ejusmodi vidua *nata sit*

15) Idem testatur locus Luciani de morte Peregrini c. 12. „Ἐπεὶ οὖν ἐδέδετο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα πάντα ἐκίνουν, ἐξαρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. Εἰ' ἐπεὶ τοῦτο ἦν ἀδύνατον, ἥ γε ἄλλη θεραπεία πᾶσα οὐ παρέργως ἀλλὰ σὺν σπουδῇ ἐγίγνετο. Καὶ ἕωθεν μὲν εὐθὺς ἦν ὁρᾶν παρὰ τῷ δεσμωτηρίῳ περιμένοντα γραΐδια, χήρας τινὰς, καὶ παιδία ὀρφανά.“ Quovis igitur die et quidem tempore matutino ad carcerem Peregrini veniebant anus eaedemque viduae, una cum liberis parentibus orbatis. Hae χῆραι non erant ministrae ecclesiae, sed erant quae a Christianis scriptoribus vocantur πρεσβύτιδες: nam diaconissis non licitum erat, venire ad viros Christianos carceribus inclusos.

16) Habemus etiamnum ejusmodi legem, qua sublatum est τάγμα viduarum. Nimirum in Synodo Laodicena (*Schröckh. K. G.* VI, 244.) canone undecimo statutum est a patribus: μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας ἤτοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι.

17) Impense laetor, etiam *Neandrum*, qui nuperrime de rebus ecclesiasticis primitivae ecclesiae docte, ut solet, exposuit, in libro: *Geschichte der Pflanzung und Leitung der christl. Kirche durch die Apostel*, a sententia illorum virorum, qui Paulum h. l. de diaconissis loqui opinantur, recessisse. Scribit enim vir egregius p. 132. ita: *„Wir müssen uns unter jenen Wittwen solche Frauen denken, welche, nachdem sie als christliche Frauen und Mütter ein Muster der Pflichtenerfüllung dargestellt hatten, nun im Schooose der Gemeinde, bei der allein sie eine Zufluchtsstätte in ihrer Verlassenheit finden konnten, ausruhen und einen Ehrenplatz in derselben einnehmen sollten, durch andächtiges, geistliches Leben den übrigen Frauen in der Gemeinde vorzuleuchten, und sie zu erbauen, vielleicht auch aus dem Schatz ihrer in einem langen Leben gesammelten christlichen Erfahrungen den bei ihnen Rath Suchenden ihres Geschlechts solchen mittheilen zu können und auf die Heiden einen Ehrfurcht gebietenden Eindruck zu machen.“* Conf. *Caroli Hasii Theolog. Streitschriften.* Fasc. II. Jenae 1836.

sexaginta annos, semel tantum marito nupserit [18]), *bona opera ediderit, liberos educaverit, hospitio peregrinantes exceperit, pedes sanctorum i. e. Christianorum laverit, miseris opem tulerit, atque vitae honestae omnino studuerit?*

18) Sic *Dionys. Exiguus* in versione canonis illius nunc statim laudati dicit: „*Mulieres, quae apud Graecos presbyterae appellantur, apud nos viduae seniores, univirae* (ἑνὸς ἀνδρὸς γυναῖκες) *et matriculariae* (καταλεγόμεναι) *nominantur.*"

3 2044 069 663 342